



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

De Disciplina Ecclesiastica Liber Secvndvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

# DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

LIBER SECUNDVS.

## CAP. I.

*Ex Concilijs & decretis.*

X Concilijs Ecclesiasticis grauissimæ auctoritates & testimonia selectissima de disciplina Ecclesiastica, iuxta actiones Ecclesiasticas D. Iouenij Parisiensis, ac primum desinuntur testimonia ex Classe prima Oecumenicorum Conciliorum sectione prima, ad rationem Methodi quartam cap. 7. propositam supra. lib. i.

Ex Concilio Ephesino Canone 8. Communibus malis maior curatio adhibenda est, cum maiora detrimenta adferant.

Ex Concilio Constantinopolitano i. Canon. 3.  
Ineptum enim est, ut alijs benè preceretur, qui necesse habet sua curare vulnera.

Ex Concilio Constantinopolitano quarto. Carterum, non est omnino necesse, negotia fidei et professo in concilijs generalibus agi, satis est de his tractaei quæ spectant bonos mores & Ecclesiæ hierarchiam, quæ ad rectam fidem conservandam conducunt maximè. Ex eodem Concilio Canone i. à Gratiano citato. Si quis semel notatus fuerit inuidus vel contentionis vitio, & rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primam causam, ex qua inuidia vel contentio nascitur in interioribus

bus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria atque diuersa curari. id est, per humilitatis exercitism. Exercitia verò humilitatis sunt si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat ita namque arrogantiæ & humanæ gloriæ vitium euitari vel curari poterit, vt in consuetudinem humilitatis affectus ultra iam non incidat in arrogantiæ & vanæ gloriæ delictum, sed in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibeatur.

Ex Concilio Lateranensi Canone septimo. Irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessum maximè Clericorum, & reformatum mores prudenter & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis mauibus requiratur. Ut autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionem ipsius nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire, nisi exesserint talibus obseruanda. Excessus tamen Canonorum Ecclesiæ Cathedralis, qui consueuerunt corrigi per capitulum, per ipsum in ipsis Ecclesijs ( quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt ) ad commonitionem & iussionem Episcopi corriganter iofra terminum competentem ab Episcopo præfigendū. Alioquin extunc Episcopus dominum habens præ oculis, omni contradictione cessante ipsos prout animarum cura exegerit, per censuram Ecclesiasticā corrigeret non postponat.

Sed & alios eorum excessus corrigeret non omissat, prout animarum cura requirit, debito tamen

tamen ordine in omnibus obseruato. Cæterum si Canonici absque manifesta & rationabili causa, maximè in contemptum Episcopi, cessauerint à diuinis, Episcopus nihilominus si voluerit, celebret in Ecclesia eadem. & Metropolitus ad quæ relam ipsius tanquam super hoc delegatus à nobis taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod pœnæ metutalia de cætero non præsumant. Prouideant itaque diligenter Ecclesiarum prælati, ut hoc salutare statutum ad quæstum pecuniæ, vel grauamen aliquod non conuertant: sed illud studiosè ac fideliter exequantur, si canonicam voluerint effugere vltionem, quoniam super his Apostolica sedes, autore Domino, attentissimè vigilabit.

8. Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex autoritatibus noui & veteris Testamenti colligitur euidenter, ex quibus postea processerunt canonice sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione Concilij confirmamus. Legitur enim in Euangeliō, quod villicis ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona sua audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicatio-  
nis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et in Ge-  
nesi Dominus ait: Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifestè comproba-  
tur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures superioris peruerterit, non quidem à ma-  
lenuolis

leuolis & maledicis sed à prouidis & honestis,  
nec semel tantum, sed sæpè (qui clamor innuit, &  
diformatio manifestat) debet coram Ecclesiæ se-  
nioribus veritatem diligentius perscrutari, & si  
rei poposcerit qualitas, canonica districtio cul-  
pam feriat delinquentis, non tanquam sit autor  
& iudex, sed quasi deferente fama vel denunci-  
ante clamore, officij sui debitum exequa ur. Li-  
cet autem hoc sit obseruandum in funditis, di-  
lignantius tamen obseruandum est in prælatis,  
qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia  
non possunt omnibus complacere, cùm ex offi-  
cio teneantur, non solum arguere, sed etiam in-  
crepare, quin etiam interdum suspendere, non-  
nunquam verò ligare, frequenter odium multo-  
rum incurront, & insidias patiuntur. Ideò sancti  
Patiens prouide statuerunt, vt accusatio prælato-  
rum non facile admittatur, ne concussis colum-  
nis corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur  
cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam ma-  
lignæ criminationis ianua præcludatur. Verum  
ita voluerunt prouidere prælatis ne criminaren-  
tur iniuste, vt tamen cauerent ne delinquerent  
insolenter contra morbum, vtrumque inuenien-  
tes congruam medicinam: videlicet vt crimin-  
alis accusatio, quæ ad diminutionem capitis (id  
est degradationem) intendit, nisi legitima præce-  
dat inscriptio nullatenus admittatur.

Sed cùm super excessibus suis quisquam fuerit  
informatus, ita vt iam clamor ostendit, qui diu-  
tius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine  
periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo,

P

ad

216 DE DISCIP. ECCLES.  
ad inquirendam & puniendum eius excessus, no  
ex odij somite, sed charitatis procedatur affectu,  
quatenus si fuerit grauis excessus et si non degra  
detur ab ordine, ab administratione tamen amo  
ueatur omnino, quod est secundum Euangelicam  
sententiam à villicatione villicum amoueri, qui  
no potest villicationis suæ digna reddere ratio  
neum. Debet igitur esse presensis, contra quem fa  
cienda est inquisitio, nisi se per contumaciam ab  
sentauerit, & exponenda sunt illi capitula, de  
quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat  
defendendi se ipsum. Et non solum dicta sed ex  
iam nomina testium sunt ei, ut quid vel à quo sit  
dictum appareat publicanda: nec non exceptio  
nes & replicationes legitimè admittendas, ne per  
suppressionem nominum infirmandi, per exce  
ptionum verò exclusionem, deponendi falsum  
audacia praebatur.

Ad corrigendos itaq; subditorum excessus tan  
to diligentius debet prælatus asurgere, quanto  
dānabilius eorum offensas desereret incorrectas  
contra quos ut de notorijs excessibus raseatur,  
et si tribus modis possit procedi, per accusatio  
nem videlicet denunciationem & inquisitionem  
eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibe  
tur cautela, ne forte per leue compendiū, ad gra  
ue dispendium veniatur: sicut accusationem le  
gitima præcedere debet inscriptio, sic & denun  
ciationem charitati a admonitione, & inquisitio  
nem clamosa insinuatio præuenire, illo semper  
adhibito moderamine, ut iuxta formam iudicij  
sententia quoque forma dicetur. Hunc tamen  
ordi

ordinem circa regulares personas non credimus  
vsque quaque seruandum, quæ cum causa requi-  
rit, facilius & liberius à suis possunt administra-  
tionibus amoneri. Ex eodem Concilio Canone  
12. In singulis regnis sive prouincijs fiat de trien-  
nio in triennium, salvo iure d'cecesanorum Pon-  
tificum, commune Capitalum Abbatum atque  
Priorum, Abbates proprios non habentium, qui  
nō consueuerunt tale capitulū celebrare ad quod  
vniversi conueniant, præpeditionem canonicam  
non habentes apud vnum de monasterijs ad hoc  
aptum: hoc adhibito moderamine, ut nullus eorū  
plus q̄ sex euectiones & octo personas adducat.  
Aduocent autem charitatiè in huius nouitatis  
primordijs duos Cistertiensis ordinis Abbates vi-  
cinos ad præstandum sibi consilium & auxilium  
opportunum, cùm sint in huiusmodi capitulis ce-  
lebrandis ex longa consuetudine plenius infor-  
mati. Qui absq; contradictione duos sibi de ipsis  
associent quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor  
præsent capitulo vniverso, ita qui ex hoc nullus  
eorum auctoritatem prælationis assumat: vnde  
cū expedierit, prouida possint deliberatione mu-  
tari. Huiusmodi verò capit aliquot certis diebus  
continuò iuxta morē Cistertienium celebrētur,  
in quo diligēs habeatur tractatus de reforma: io-  
ne ordinis & obseruantia regulari, & quod statu-  
tum faerit, illis 4. approbantibus, ab omnibus in-  
uiolabiliter obseruetur omni excusatione & cō-  
tradictione ac appellatiōe remotis, prouiso nihil  
ominus, vbi sequēti termino debeat ca. celebra-  
ri: & qui conueniunt vitā ducant communē & fa-  
ciant proportionabiliter simul oēs cōes expensas

ita qui si non potuerint in eisdem saltem plures simul in diuersis domibus commoretur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspetæ personæ, quæ singulas abbatis eiusdem regni sive Prouinciæ non solum Monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant vi sitare corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio cognouerint indigere: ita quisi rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum denuncient Epiloco proprio, ut illum amouere procurent, qui si non fecerit, ipsi visitatores hoc referent ad Apostolicæ sedem examinandum. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & præcipimus obseruari. Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quæ per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ ledis iudicium, absque scandalo referatur: ceteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa. Porro Diocesanis Episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inueniant quod commendandum, quam quod correctione sit dignum: attentissimè præcauentes ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia sic volumus superiorum iura seruari, ut inferiores nolimus iniurias sustinere. Ad hoc districtè præcipimus idocesanis Episcopis, quam personis quæ prefrunt capitulis celebrandis, ut per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescat ad.

uocatos

uocatos, patronos, vice dominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios ne monasteria presumant offendere in personis ac rebus. Et si forsitan offenderint eos ad satisfactiōnem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

13. Nenimia religiosorum diuersitas grauem in Ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed quicunque voluerit ad religionem conuerti vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionis domum fundare de nouo regulam & institutionem accipiat de religionis approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasterijs locum Monachi habere presumat, nec unus Abbas pluribus monasterijs præsidere.

14. Ut Clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi præsertim in sacris ordinibus constituti ab omni libidinis vitio præcauētes, maximè illo propter quod ira Dei venit de caelo in filios difidentiæ quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant ministrire. Ne verò facilitas veniæ incētum, tribuat delinquendi: statuimus, ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundūm canones sanções: quas efficacius & districtius præcipiemus obseruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltē poena à peccato cohībeat. Si quis igitur hac de causa suspen-

sus, diuina celebrare præsumperit, non solū Ecclesiasticis beneficijs spolietur, verum etiam pro hac duplice culpa, perpetuo deponatur. Prælati vero, qui tales præsupserint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecunia vel alterius cōmodi temporalis pari subiaceant ultioni. Qui autem secundum religionis suæ morem non abdicarunt copiam coniugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti. 15. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde vinum sibi temperet, & se vino: nec ad bibendum quispiam inciterit, cum ebrietas mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incentiu[m]. unde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibuscā partibus ad potus aquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio calium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœtidores exhaerit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi a superiori commonitus satisfecerit competenter, a beneficio vel officio suspendatur. 16. Clerici officia vel commercia secularia non exerceant maximè in honesta nimis, ioculatorib. & histrio[n]ibus non intendant: & tabernas profus euentent; nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interficiunt: coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs diuinis, & alijs bonis exerceant audej[us] diligenter. Clausa defant defuper indumenta, nimia breuitate vel longitudine, non notanda. Pannis rubeis aut viridib. nec non manicis aut subtalaribus consummitijs, sen

seu rostratis frenis, sellis, pectoralibus & calcari-  
bas deauratis, aut aliam superfluitatem gerenti-  
bus, non utantur. Cappas manicas ad dininum  
officium intra Ecclesiam nulli gerant, sed nec a-  
libi, qui sunt in sacerdotio vel personatis con-  
stituti, nisi iusti causa timoris exegerit habitum  
transformari. Fibulas omnino non ferant, neque  
corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed  
nec annulos, nisi quibus competit ex officio di-  
gnitatis. Pontifices autem in publico & in Ecclesia  
super indumentis lineis omnes utantur, nisi Mo-  
nachi fuerint, quos oportet deferre habitum Mona-  
chalem, pallijs diffibulatis non utantur in publi-  
co, sed vel post collum, vel ante pedes hinc inde  
connexis. Ex eodem Can. 33. Procurationes quae vi-  
sitationis ratione debentur Episcopis Archidiacon.  
vel quibuslibet alijs etiā Apostolicæ sedis legatis,  
aut nuncijs, absque manifesta & necessaria causa  
nullatenus exigantur, nisi quando presentialiter of-  
ficium visitationis impendunt; & tunc cuestionum  
& personarum mediocritatem obseruent, in Late-  
ranensi concilio definitam. Hoc adhibito modera-  
mine circa legatos & nuncios, ut cū oportuerit eos  
apud aliquem locum moram facere necessariam,  
ne locus ille propter illos nimium aggrauetur, pro-  
curationes recipiat moderatas ab alijs Ecclesijs vel  
personis quae nondam fuerunt de suis procuratio-  
nibus aggrauatae, ita quod numerus procurationum  
numerie in dierum, quibus huiusmodi moram sece-  
rint, non excedat: & cū aliqua non sufficerit per ipsam  
duæ vel plures coniungantur in unam. Porro vi-  
sitationis officium exercētes non querant quae sua, sed  
quae Iesu Christi: prædicationi & exhortationi &  
correctioni & reformationi vaendo, ut fructu re-  
flexant qui non perit. Qui autem contra hoc venire

præsumperit & qui acceperat reddat, & Ecclesijs quæ taliter agrauantur, tantundem impenda;

34. Quia Prælati plerique ut procurationem afferuntium aliquod impéstant legato, vel alij plus extorquent à subditis quam exoluant; & in eorum damnis lucra sectantes, querunt prædam potius quam subsidium in subiectis, id de cætero fieri prohibemus. Ex eodem Canone 49. Sub intermissione diuini iudicij penitus interdicimus, ut causa cupiditatis nullus audeat excōmunicationis vinculo aliquem innodare, vel absoluere innodatum, in illis maximè regionibus in quibus ex consuetudine cum excommunicatus absoluitur, pecunaria pœna multatur, statuentes ut cum excommunicationis sententiam iniustum fuisse constiterit excommunicator ad restituendam pecuniām sic extortam, per censurā Ecclesiasticam compellatur, & nisi probabili fuerit errore deceptus, tantudem iuriām passo persoluat: & si forte soluendo non fuerit, animadversione alia castigetur. Canone 60. Ascendentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis intelleximus graves & grandes quorundam Abbatum excessas, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt Episcop. dignitatis extendunt: de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas poenitentias concedendo, indulgentiarū literas & similia præsumendo: vnde contingit interdum, quod vilescat auctoritas apud multos. Volentes igitur in his Episcop. dignitatibus, & Abbatum prouidere saluti præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatū ad talia se præsumat extendere, si propriū voluerit perie-

periculū euitare, nisi fortè quisquam eorū specia-  
li concessione, vel alia legitima causa huiusmodi  
valeat se tueri. Ex concilio Constantiensi, Sess. 39.  
Statutū de cōcilijs generalibus erga futura schis-  
mata edicto perpetuo sancimus & ordinamus, vt  
amodo concilia generalia celebrentur, ita qui  
primū à fine huius concilij in quinquennium  
immediatē sequens: Secundūm verò à fine illius  
in septennium, & deinceps de decennio in decen-  
nium perpetuò celebrētur in locis, quæ summus  
Pontifex per mensem ante finem cuiuslibet con-  
cilioj, approbante & consentiente concilio,  
vel in eius defectu ipsum concilium deputare  
& assignare teneatur, vt sic per quandam con-  
tinuationem semper aut concilium vigeat, per  
termini pendentiam expectetur, quæ terminum  
liceat summo Pontifici de suorum fratrūm san-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio ob  
emergentes fortè casus abbreviare, sed nullaten-  
tus prorogetur. Locum autem pro futuro cele-  
brando concilio deputatum absque euidenti ne-  
cessitate non mutet. Ex eodem: Sessione 40. Sacro  
sancta generalis Synodus Constantiensis in Spi-  
ritus sancto legitimè congregata, yniuersalem Ec-  
clesiam repræsentans statuit & decreuit, quod fu-  
turus Romanus Pontifex per Dei gratiam de pro-  
ximo assumendus cum hoc sacro concilio, vel de-  
putandis per singulas nationes dēbeat reformare  
Ecclesiam in capite, & in membris & curiam Ro-  
manam secundum æquitatem, & bonum régimē  
Ecclesiæ, antequam hoc concilium dissoluatur  
super materijs articulorum, alias per nationes in

P 5 refor-

reformatio oblatorum, quæ sequentur. Primo de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium. Item de reseruationibus sedis Apostolicæ. Item de Annatis communibus seruitijs & minutis. Item de collationibus beneficiorum & gratijs expectatiis. Item de confirmationibus electionum. Item de causis in Curia Romana transactis vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officijs cancellarij & pœnitentiarij. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. Item de commendis. Item de fructibus medijs temporis. Item de non alienandis bonis Romanæ Ecclesie. Item propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi. Item de extirpatione simoniæ. Item de dispensationibus. Item de prouisione Papæ & Cardinalium. Item de indulgentijs. Item de decimis. Hoc adiecto quod facta per nationes deputatione praedicta, liceat alijs de licentia Papæ liberè ad propria remeare. Ex eodem Concilio, Canone 7. Frequens generalium Conciliorum celebratio agri Dominicæ cultura est præcipua, quæ vepres, spinas, tribulos, heresum & errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit. Illorum vero neglectus, præmissa disseminat atque fouet: haec præteriorum temporum recordatio, & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuò sancimus, decernimus & ordinamus, ut a modò concilia generalia celebrentur; ita quod primùm à fine huius concilii

concilij in quinquennium immediatè sequens;  
secundum verò à fine illius immediatè sequentis  
concilij in septennium, & deinceps de decennio  
in decennium perpetuò celebrentur, in locis  
quæ summus Pontifex per mensem ante finem  
cuiuslibet concilij, approbante & consentiente  
concilio, vel in eius defectum, ipsum concilium  
deputare & assignare teneatur, ut sic per quan-  
dam continuationem semper, aut concilium vi-  
geat, ut per termini pédentiam expectetur, quem  
terminum liceat summo Pontifici de fratribus  
sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium consilio,  
ob emergentes fortè casus abbreviare; sed nulla-  
tenus prorogetur.

Ex eodem Concilio, Canone decimo quinto.  
Inter cæteros Prælatorum & Clericorum exces-  
sus hoc maximè inoleuit, quod spreta in vesti-  
bus forna Ecclesiasticæ honestatis, plurimi de-  
lectantur esse deformes, & cupiunt laicis con-  
formari quodque mente gerunt, habitu con-  
tentur.

Vnde præter cætera quæ circa vester tonsuram  
& habitus clericorum tam in formis quam in  
coloribus, atque comam seu capillos, vitam-  
que & honestatem clericorum iura statuunt,  
& quæ nimium collapsa sunt tam in secularibus  
quam in regularibus: sacro approbante con-  
cilio innouamus, & præcipimus diligentius  
obseruari illum specialiter abusum (eodem ap-  
probante concilio) decernimus penitus abolen-  
dum, quod in quibusdam partibus nonnulli cle-  
ri

rici & personæ Ecclesiasticæ, seculares & regulares, etiam qui magis execramur prælati Ecclesiæ, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes etiam fissas retro, & in lateribus cum fodraturis ultra ratione excedentibus etiam in fissuris deferunt, & citalibus in Ecclesijs cum suppeliocijs ac alijs vestibus ad cultum & officium Ecclesiasticum ordinatis, etiam intra Ecclesias ipsas, in quibus beneficiari existunt, non verentur diuinis officijs interesse. Hanc vestium deformitatem in quibus cunque personis Ecclesiasticis reprobamus, ac usum talium inhibemus: contrarium autem facientes ut transgressores canonum puniantur: specialiter statuentes, ut quicunque beneficiatus aut officium in Ecclesia gerens, in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumplerit interesse, pro qualibet vice à participatione prouentu Ecclesiastorum per mensem nouerit se suspensum: fructuosa illi fabricæ illius Ecclesiæ applicentur.

Ex Concilio Basiliensi: Sessione 28. Decretis Synodalibus conciliorum generalium, nervus regulæ Ecclesiasticæ ac disciplinæ salutaris innitur. Ex eodem Concilio, Sess. 29. Et sperandum est, vbi reipsa plenius digesta summa, Pontifex effectum citationis huius aduerterit in quærenda ipsius & aliorum salute versari, ut languor acerimus à corpore mystico Ecclesiæ depellatur, non adeò aduersus citationem ipsam succensebit: que etsi aliquid amaritudinis more salubris medicinae in primo gustu ferre videatur: eam tamen in nouissimis iucundam & salutiferā esse Deo aspirante

rante persentiet, nec eam bono publico aut charitati aduersam: immo potius suæ saluti ac Ecclesiæ necessitatì accommodam fuisse cognoscit: verò tale aliquid priora ignorasse secula comniemorat, si rerum gestarum procurat historias: non statim summos Pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos conspiciet, sed etiam depositos à Papatu, ac etiam nonnullis obedientiam ex multis causis fuisse subtractam. Sed si abusuum incrementa nunc vigentia: si longam & fortē aduersus sanctam Synodum & reformationem Ecclesiæ resipiscentiam perseverantē, quæ priora secula ignorarunt inaduertat: nihil admirabitur huius citationis nūc repertum fuisse antidotum. Ex eodem Concilio, Sessione 30. Sed quod cum dolore referimus, ipse Dominus Eugenius infra assignatum terminum, neque per se neque per aliū comparere voluit: aut minimum excusationem, si quam haberet transmittere, immo correctionem effugere volens dissolutionem & translationem concilij, quod de iure non poterat de facto pendente termino attentauit. Ex eodem Concil. Sessione 34. Hæc sancta Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans necessarium esse iudicans, ut cui pia non prodest correctio debita, non parcat abscissio. Ex Concilio eodem, Sess. 35. Sacrosancta generalis Basiliensis Synodus &c. Ad perpetuam rei memoriam sollicitudinem generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio agri dominici præcipua cultura est, maximè fieri decet ut euollent, & destruant yepres & tribulos erorum:

rorum : ædificantque & plantent sanam doctrinam veritatis, per quam animæ hominum nutritur in salutem. Quod attendens hæc sancta Synodus, volensque errores varios aduersus Evangelicam veritatem, & determinationes Ecclesie pullulantes extinguere tres Catholicas veritates fidei cordibus omnium Christianorum per solenne decretum suæ sessionis firmius inserere curauit: cuius decreti tenor talis & sacro sancta generalis Basilien. &c. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut vna est Christi Ecclesia ita &c. vt habetur in 33. Sessione. His sic præmissis insuper prouidendum fuit, vt ea rescinderentur sarculo Ecclesiastice sollicitudinis, quæ in aduersum errata sunt.

Ex Basiliensi concilio, Sessione 41. Hæc sancta Synodus necessarium esse iudicans : vt cui pia non proderat correctio, debita non parceret abscissio. Ex eodem Concilio Sessione 45. & vlt. Anmaduertat patres de concilio verba illa quæ scribuntur, in Paralipomenon: videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quocunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligenzia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione sua ad sacrum concilium præstiti, videlicet quod salubre concilium dabit secundum Deum, & conscientiam suam. In hoc loco vbi de communi totius Christiani populi salute agitur, omnis minima culpa, maxima est, in districto Dei iudicio severiter plectenda.

Ex Ba.

Ex Basiliensi Concilio, Sessione 19. Canone undecimo. Quicunque clericus cuiuscunque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiam si Pontificalis vel alterius præminentiae existat, qui post huius constitutionis notitiam, quam habere præsumatur, per duos menses post publicationem eiusdem, in Ecclesijs cathedralibus, quam ipsi dicecesani omnino facere teneantur: postquam eadem constitutio ad eorum notitiam perueniret, fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus: quos sius superior in fabricam vel aliam euidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur conuertat: nec non & huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse innotuerit, mox sius superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè resumpserit iubet hæc S. Synodus, ut ipsum suis omnibus beneficijs omnino priuet.

Et nihilominus hi publici concubinarij, vñque quo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamq; vitæ emendationem fuerit dispensatum ad susceptiōnem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorū sint inhabiles. Qui si post dispensationem reciduo vomitu ad huiusmodi publicum cōcubinatum recierint, sine spe aliquius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles

exi-

existant Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsis de neglectu, qui in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant. In Cœcilijs etiam provincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc criminе diffamatos, etiā per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna poena seueriter procedatur. Et si hi quorum destitutio ad summum Pontificem specat per Concilia prouincialia aut suos superiores, propter publicum concubinatum reperiuntur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsius summo Pontifici deferantur. Eadē diligentia & inquisitio in quibusunque Capitulis generalib. & prouincialibus, quo ad suos seruetur, poenis alijs contra prædictos & alios non concubinarios statutis in suo robore permanans. Publici autem intelligendi sunt non solum hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam, quo nulla possit tergiuersatione celari, notorius est: sed qui mulierem de incontinentia suspecta & infamata tenet, & per suum superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit. Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli iuridictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniarias quæstus à concubinarijs percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fœditate sordescere: sub poena maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione aut spe alicuius quæstus talia quoquis modo tolerent aut dissimulent; alioquin

qui ultra præmissam negligentiae poenam, du-  
plum eius quod propterea acceperint, restituere  
adpios usus omnino teneantur & compellantur.  
Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas,  
prælati modis omnibus curent a suis subditis, et-  
tiam per brachij secularis auxilium ( si opus fue-  
rit) penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu  
procreatos filios, apud patres suos cohabitare no  
permittant. Iubet insuper hæc S. Synodus, ut etiā  
in prædictis Synodis & Capitulis hæc constitutio  
publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum  
concubinarum divisionem moneat diligenter.  
Iniungit præterea omnibus secularibus viris, et-  
iam si regali præfulgeant dignitate, ne ullū qua-  
lecumque inferant impedimentum, quo cunque  
quæsito colore, prælati ratione sui officij aduer-  
sus suos subditos pro huiusmodi concubinatu  
procedunt. Et cum omne fornicationis crimen  
lege diuina prohibitum sit, & sub peccati morta-  
lis poena necessariò uitandum, monet omnes  
laicos tam vxoratos quam solutos, ut similiter a  
concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensi-  
biliſ qui vxorem habet, & ad alienam mulierem  
accedit: qui vero solitus est, si continere nolit, iu-  
xta Apostoli consilium vxorem ducat. Pro hius  
autem diuini obseruatione p̄cepti, hi ad quos  
pertinet, tam salutaribus monitis, quam alijs ca-  
nonicis remedij omni studio laborent.

Ex eodem Concilio, Sessione 28. Ut enim ille  
sanctissimus & doctissimus Leo Papa inquit. To-  
tius familiæ Domini status & ordo mutabitur si  
quod requiritur in corpore, non inuenitur in ca-

Q

p̄ite

pite. Integritas etiam præsidentium, salus dignoscitur esse inferiorum.

Ex Concilio Ferrarien. Sessione 3. In quarta deinde parte declarauit, nulla ratione fieri posse, ut pax inter nos componatur, nisi prius scismatis & dissidij nostri causa penitus tollatur, quemadmodum ægris corporibus solet euenire, quæ tunc bene sanantur, cum radices ægritudinis enelluntur.

Ex Concilio Lateranensi, Sessione 6. Fit electio vigintiquatuor prælatorum, qui adsint cum Cardinalibus in his, quæ pertractanda sunt coram Pontifice. Et distributi sunt per classes, una classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter principes, & extirpandum schisma. Alia ad tractandum quæ pertinent ad generalem reformationem curiarum. Tertia vero ad ea quæ pertinerent ad fidem & pragmaticam sanctionem.

### C A P V T I I .

*Testimonia de disciplina Ecclesiastica ex classe secunda particularium conciliorum de sumpta.*

Ex Concilio Ancyrano: Canone 1. Præbyses, qui immolauerunt, & postea certamen interum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento sibi met præparantes, egerunt ut eorum tenere viderentur, aut tormentis subiiciuntur.

tentur, tanquam inuiti, si ex fide ergo luctati sunt,  
& non ex compacto, ad ostentationem, ut cape-  
rentur, ipsi fecerunt, hos placuit, honorem qui-  
dem sedis propriæ retinere, offerre autem illis  
& sermonem ad populum facere, aut aliquibus  
sacerdotalibus officijs fungi non liceat. Cano-  
ne tertio: Hoc ergo quod eis inuitis & alijs con-  
tingentibus contigit, si luctu & mœrore animis  
acerbè se ferre demonstrent, ipsique humili per  
bonam conuersationem habitu incidentes, do-  
lere se, quod inuiti coacti sunt doceant, hos tan-  
quam inculpatos à communione non vetari. Si  
autem iam prohibiti sunt ab aliquibus à com-  
munione, maioris diligentia & inquisitionis  
causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim re-  
cipi oportet.

Canone quarto: De his qui sacrificare coacti  
sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt,  
si qui eorum cum habitu cultiore ad tempora pro-  
tracti sūt, atq; ibi preciosiori veste adhuc mutata  
cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferen-  
ter sumentes omnia quæ fuerunt apposita, pla-  
cuit eos inter audientes uno anno constitui, tri-  
bus autem alijs annis agere pœnitentiam, sed ex  
ipso triennio per biennium tantummodo orati-  
oni comunicare, tertio autem anno reconciliati  
sacramentis.

Canone quinto. Quotquot autem ascenderunt  
tépla cum veste lugubri, & recubentes inter alios  
manduauerunt flentes, si compleuerint pœni-  
tentiam triennij temporis, sine oblatione susci-  
piantur ad communionem, id est, vt ipsi obla-

Q 2

tione

tione non offerant. Si autem producti ad templum, non manducauerint, biénio maneant in penitentia. Tertio verò anno communicent, sed sine oblatione, ut dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipient. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, vt perspecta singularium conuersatione, normam regulamque conuersationis attribuat, id est, ut humanius a gens, secundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare: aut etiam prolixius quod correctioni necessarium viderit, addere. Discruntur autem omnium harum & præcedens vita & posterior, & ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

Canone 6. De his qui mimis tantum cesserunt, aut bonorum oblatione, aut pœna transportacionis deterriti, sacrificauerunt, & nunc usque non pœnituerunt, neque conuersi sunt, modo autem, id est, tempore huius Synodi se obtulerunt, conuersionis suæ consilium capientes, placuite eos usque ad magnum diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita deimum sex annis completis ad perfectum peruenire. Quid si aliqui ante hoc concilium suscepissent ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabuntur eis initium sexennij constituti. Canone 7. De his qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuijs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comedebunt, placuit ut post biennij pœnitentiam suscipiantur: ita tamen ut vtrum aut cum oblatione

nero

ne recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnuſquisque Episcoporum examinet vitam eorum, & præterita ac præsentia, debita consideratione perpendat.

Canon 8. Hi autem qui secundo vel tertio sacrificauerunt, vi coæti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem alijs sine oblatione cōmunicent, septimo anno perfectione recipient communionis.

Canon 9. Quotquot autem qui non solum à fide Dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter cathecumenos habeantur, per aliud autem sepius pœnitentiæ recipient locum: alio verò anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipient, ut completo decennio perfectione fruantur.

Canon 16. Quotquot ante 20. ætatis suæ annum tale crimen admiserint quindecim annis in pœnitentia peractis, orationi tantum incipient communicare, & quinquennium alterum in communione orationis solius perdurantes, post vigesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem & vita eorum, qualis fuerit tempore pœnitentiæ, & iuxta hanc humanitatem consequantur. Quod si quis perseverantiam abusus fuerit hoc criminis, hic prolixius tempus viginti annorum pœnitentiam suscipiant. Qui verò exacta viginti annorum ætate, & uxores habentes in hoc crimen inciderunt, post viginti

Q 3

&amp; quin-

& quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationum admittantur, in qua communione orationum altero quinquennio perdentes plenam communionem cum oblatione recipiant. Quod si aliqui & uxores habentes, & excidentes quinquagesimum ætatis sum annum, in hoc prolapso sunt scelere, ad exitu tantum vitæ communionem mereantur.

Canon 20. Si quis adulterium commiserit septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

Canon 21. De mulieribus, quæ fornicantur & partus suos necant, sed & his quæ agunt secum, ut veteros conceptos excutiant, antiqua quidem definito est, usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus tribuatur.

Canon 22. Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ communione digni habeantur. Eos vero, qui nou voluntate sed casu homicidium fecerint, prior quidem regulâ post septem annorum pœnitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos. Hac vero humanior definitio quinquennij tempus tribuit.

Canon 23. Qui auguria vel auspicia, siue somnia, vel dominationes quaslibet secundum modum gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, ut domos suas lustrant, confessi quinquennio pœnitentiam agant, secundum

cundum antiquitus constitutas regulas.

Canon vigesimus quartus: Si quis sponsam habens sorori eius forsitan intulerit vitium, eiq; inhaerit tanquam suæ: hac autem decepta, postea vxorem duxerit despontatam: illa verò quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui forte huius sunt conscij, decem annos in poenitentiam redigantur, secundum canones constitutos.

Ex Concilio Neocæsariensi, Canon 1. Præbbyter si vxorem duxerit ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit extra Ecclesiam abiici, & ad poenitentiam inter laicos redigi. Canon 2. Mulier si duobus nupserit fratribus abiiciatur usque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet: ita tamen, ut si forte sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto, ad poenitentiam admittatur. Canon tertius. De his qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ sèpius nubunt, tempus quidem poenitentiæ his constitutum manifestum est, sed conuersatio & fides eorum tempus abbreviat.

Ex Concilio Arelatensi primo. Canon 7. De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu prossiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas accipient Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut in quibuscumque locis gessent ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, ut cum cooperint contra disciplinam

Q. 4.

publi-

publicam agere, tuuc demum à communione excludantur.

Ex Concilio Gangrensi, Capitulo vndecimo. Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, & propter honorem Dei fratres ad se pauperes conuocantes, & noluerint communicare vocacionibus eorum, tanquam nihili qui fit dicens, anathema sit. Capitulo 18. Si quis, tanquam hoc continentiae conuenire iudicans die Dominicie ieunauerit aut in eiusdem diei contemptum, anathema sit. Capitulo 19. Si quis eorum qui in proposito sunt continentia præter necessitatem corporalem, & superbiens, ieunia communia totius Ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Capitulo 20. Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas anathema sit.

Ex Concilio Arelatensi secundo, Capitulo secundo. Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio. Capitulo 12. De his qui in penitentia positi vitam excesserunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, sed pro eccl. qui honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. Capitulo 19. Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtu fratrum antequam dissoluatur concilium, crediderit deferendum, alienum se à fratri

com-

communione cognoscatur, nec eum recipi liceat nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus. Capitulo 25. Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum poenitentia remedia non requirunt, sine penitentia communionem penitus non accipient.

Quos etiam iubemus ad Clericatus officium non admitti. Et quicunque ille sit post poenitentiam habitu secularem non presumat. Quid si presumperit, ab Ecclesia alienus habeatur. Capitulo 28. Secundum constitutionem Synodi Vassensis qui oblationem fidelium suppresserit, aut negauerit, ab Ecclesia, cui fraudem fecerit, excludatur.

Ex Concilio Carthaginensi primo. Canon. 2. Martyrum dignitatem nemo profanus infamer neque ad passiva corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendi mandatum est, redigat, vt aut insanis præcipitos, aut aliquo tali pacto aut alia ratione peccati disipatos, non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appelleat? At si quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, si laici sunt ad poenitentiam redigi? Si autem sunt clerici post commonitionem, & post cognitionem honore priuari, vniuersi dixerunt. Recite statuic sanctitas vestra. Hoc & singulis concilij Statutum est. Canon 4. Gratus Episcopus dixit Etsi infinita sunt quæ lege præcripta proficiencia sunt disciplinæ, & unusquisque nostrum tractatu asiduo & commonitione frequenter singulari-

Q 5

qual-

250 DE DISCIP. ECCLES.  
quasque species, proficientes ad disciplinam poterit populos inuitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggesta sunt a nobis, & in Concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixeront. Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia. Canon 12, Antigonus Episcopus Madiurensis dixit. Grauem iniuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communem iniuriam Optantius, quum se representaret, pactum meum habuit, & diuissimus plebes. Manuscriptiones nostrae tenentur epitacia. Contra hoc pactum cœnit plebes mihi attributas, & usurpat populos, ut illum patrem me vitricum nominent. Gratus Episcopus dixit. Factum hoc dolendum est, ut si se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra Euangelicam traditionem, contra pacis placitam. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliqueret, unde aut inita pacta suam obtineant, firmitatem conuentus: si seno cohiberet, Ecclesia sticam sentiat disciplinam vniuersi dixerunt. Pax seruetur, pacta custodiantur.

Ex Romana Synodo tertia habita a Julio Papi Primo: Julius praedictus sanctissimus Episcopus urbis Romæ dixit sanctæ Dei & Apostolicæ Synodo, & Dei voluntate & gratia, indiuisa communione sancti spiritus in hac consonanter & unanimiter congregatae in antiqua alma urbe Roma ad confirmationem sacram & correctionem dei

dei nostræ & Christianorum iinmaculatæ disciplinæ, Ex Antiocheno Concilio: Canon. 2. Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, auersantur autem sanctam assumptionem Domini sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab Ecclesia abjecti oportet donec confitentes fructum poenitentie demonstrent, & deprecari fuerint, ut data veniam suscipi mereantur. Non autem licet communicare excommunicatis, neq; cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui Ecclesiæ non participant in oratione; nec in alteram Ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis Episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum vel etiam qui in canone detinetur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hanc oportet communione priuari tanquam Ecclesiæ regulas confidentem. Can. 13. Ipse verò haec insidiophilati ausus, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat tanquam depositus à Synodo sancta, & propter huiusmodi presumptionem iam prædamnatus. Can. 25. Hunc enim correptionem oportet mereri, id quoque concedet sancta synodo cognoscente. Ex Coneilio Laodicensi: Cano. 2. His qui diuersorum peccatorum lapsus incurruunt, & oratione, & confessione, ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuercionem demonstrant pro qualitate peccati poenitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt vocandi & ad communionem sive applicandi. Canon quadragesimus. Non oportet vocatos

Epif.

252 DE DISCIP. ECCLES.  
Episcopos ad synodum contemnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad Ecclesiæ cæterorumque correctionem utilia. Quod si contempserit, se ipsum videtur accusasse, nisi forte præ infirmitate ire nō possit. Can. 57. Non debet in Villis & vicis Episcopos ordinari sed visitatores, id est, qui circumambant, constitui. Hos autem qui ante hac ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia Episcopi ciuitatis. Similiter etiam præbyteri nihil sine præcepto & consilio Episc. agant.

Ex Concilio Valentino: Quorundam fuit Patrum utilis & religiosa suggestio retractata de his, quæ nec recipere possumus ob Ecclesiæ sanctitatem, nec tamen usquequaque consuetudinis causa damnare. Ita per omnes Ecclesiæ eiusmodi vitiorum germen inoleuit, ut ad plena remedia non facilis sit recursus, certè nō sine verecundia eorum quibus causa contigit succiduum. Quocirca fratres librato diu moderatq; consilio, ea cautelæ ratio seruata est, quæ & scandalum submoueret, & sanctitatem Ecclesiæ custodiret. Canon. 1. Sed quia fratrum nostrorum vel imperitiam, vel simplicitatem, vel etiam præsumptionem damnare non possumus, nec per omnes Ecclesiæ quæ sunt iam pridem male gesta corrigere: placuit etiam de eorum statu qui prius ordinati sunt nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa procedit, qua indigni ministerio comprobentur. Canon. 3. Circa eorum verò personas qui se post unum & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificijs dæmonum vel incesta lauatione polluerunt,

eam

eam censuræ formam duximus esse seruandam  
ut his, iuxta synodum Nicenam, satisfactionis  
quidem aditus nō negetur, ne infœlicibus lachry-  
mis vel solarij janua desperatione claudatur, a-  
cturi verò poenitentiam usque in diem mortis  
non sine spe ramen remissionis, quam ab eo ple-  
ne sperare debebunt, qui eiās largitatem & sa-  
lus obtinet, & tam dines misericordia est, ut  
nemo despereat Deus enim mortem nō fecit, nec  
delectatur in perditione viuorum. Cano. 4. Nec  
illud fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utili-  
tate censuimus, ut sciretis, quicunq; sub ordina-  
tione vel diaconatus, vel præsbyterij, vel Episco-  
parus mortali crimine dixerint se esse polluos,  
à supradictis ordinationibus submouendos, reos  
scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsi-  
tatis. Neq; enim absolui potest is, qui in seipsum  
dixerit, quod dictum in alios puniretur, cum o-  
mnis qui sibi fuerit mortis causa maior homici-  
da est. Diuina pietas vos in æternum custodiat  
dilectissimi fratres.

Ex Concilio Teleni. Ex Epistola Syritij Papæ.  
Quo perpetuò istiusmodi forma seruetur, lite-  
rata tales dare placuit, non quæ noua præcepta a-  
liqua imperent, sed quibus ea quæ per ignauiam  
desidiamque aliquorum neglecta sunt, obscruta-  
ri cupimus, quæ tamen Apostolica & patrū con-  
stitutione sunt constituta. Scriptum est: State &  
tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue  
per epistolam. Illud certè velutram debet men-  
tem, dilectissimi fratres, vehementius excitare,  
ut ab omni labore seculi istius immunes ad Dei cō-  
spectum

spectu securi veniamus. Nec enim erimus im-  
munes, qui pr̄sumus plebibus, cum scriptum si:  
Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem re-  
quiretur. Ergo quoniam non pro nobis tantum,  
sed pro populo credito cogimur pr̄stare ratio-  
nem populum, per disciplinam deificam hu-  
milem erudire debemus. Ibidem circa finem. Si  
quis sanè inflatus mente carnis suæ, hac cano-  
nis ratione voluerit euagari, sciat se, & à nostra  
communione seclusum, & gehennæ poenas ha-  
biturū. Ex Concilio Carthaginensi 2. Can. 7. Felix  
Epis copus Secemelitanus dixit: Illud autem ve-  
stræ suggero sanctitati, ut si qui pro facinoribus  
suis de Ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad co-  
mitatum pergere, aut ad iudicia publica profili-  
re, aut forsitan Ecclesiæ Catholice lumina con-  
turbare, si Episcopus vel clericus cuiuslibet ple-  
bis eos sine consensu susceperit, de his quid cen-  
seris? Exigonius Episcopus Bullensis Regiens di-  
xit. Si quis Episcopus communionem tenens Ca-  
tholicam huiusmodi homines vanis blandimen-  
tis incidentes temerè susceperit, sciat cum his se  
rectissimè depravatum vel damnatum. Genadius  
Epis. dixit. Ergo rectè suggestur fratres & coepi-  
scopi, ut qui meritè facinorum suorum ab Eccle-  
sia pulsi sunt (si ab aliquo Episcopo, aut præsby-  
tero, vel clero fuerint in communionē susce-  
pri, etiam ipse pari cum eis criminе teneatur ob-  
noxius, refugientes sui Episcopi regulare iudi-  
cium. Ab uniuersis Episcopis dictum est. Omni-  
bus placet. Canone 8. Alixius Episcopus Ecclesiæ  
Tagastenf's legatus Prouinciae Numidiæ dixit:  
nec illud prætermittendū est, ut si quis forte pr̄s-  
byter

byter ab Episcopo suo correptus aut excommunicatus tumore vel superbia inflatus, putauerit separatum Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis Prouincie Numidiæ dixit. Necessariò disciplinæ Ecclesiastice & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alixius persecutus est. Canon. 9. Quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra: Canone 11. Victor Episcopus Abderitanus dixit: Roboranda est Ecclesiastica disciplina, ne quisquam Episcoporum alterius plebes, vel Diocesis suam importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentaverit, quemadmodum coercendus est? Ex Concilio Carthaginensi 3. Cano. 31. ut penitentibus secundum peccatorum differentiam Episcopi arbitrio penitentiæ tempora decernantur. Can. 38. Aduersus illum, quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audiimus, sed petimus secundum quod uobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam quam necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis rectorem prouiciæ secundum statuta gloriissimorum principum aduersus illum adire, ut qui miti admonitioni sanctitatis vestrae acquiescere noluit, & emendare illicitum autoritatè iudicaria protinus excludatur. Aurelius Episcopus dixit. Seruata forma disciplinæ non estimabitur appetitā si à vestra charitate modestius conuentus redere decreuerit, cum fuerit suo contemptu, & contumacia faciente, etiā autoritatè iudicaria conuentus. Honorati & Urbanus Episc. dixerunt.

Hoc

Hoc enim omnibus placet. Canone 42. At vero quia nonnulli quodam dominatu adepto communionem fratrum abhorrent, vel certe cāme-  
leuati fuerint quasi in quadam arce, tyrannicā  
fibi dominationem vindicant, quod pleriq; flo-  
lidi aduersus Episcopos suos ceruices erigunt  
præsbyteri, vel conuiuijs fibi conciliantes plebē,  
ut persuasū maligno & illicitō eoldem velinti-  
bi collocare rectores, quod quidem insignē meo-  
tis tuæ tenemus votum, frater religiosè Au-  
reli, quia hæc sāpē oppressasti, non curando  
tales petitiones, sed propter eorum malos co-  
gitatus, & prauè concinnata concilia hoc di-  
co non debere rectorem accipere eam plebē, quā  
in dioecesi semper subiacuit, nec unquam pro-  
prium Episco habuit. Canone 43. Sunt enim ple-  
riique conspirantes cūm proprijs plebibus, quā  
decipiunt (ut dictum est) earum scalpentes aures  
ad seducendum vitiosæ viræ homines, vel certe  
inflati, & ad hoc consortio separati, qui putant  
propriæ plebi incubandum, & nonnunquam con-  
uenti ad concilium venire refugiunt, & detra-  
ctant sua fortè ne prodantur flagitia metuentes.  
Dico, si placet, circa hos non tantum dioeceses  
non esse seruandas, verum etiam & de propria Ec-  
clesia, quæ illis malè fauerit omnino admittendū,  
vt etiam authoritate publica rejiciantur, atque  
ab ipsis principalibus cathedris remoueantur.

Canone 46. Hoc & corrigi charitatis vestræ iu-  
dicio & inhiberi de cætero debet, &c. Decretū ex  
Gratiani decreto excerptum, quod existimatur  
esse alicuius Carthaginensis concilij: Præsbyter  
si for-

si formicationem fecerit quanquam secundum  
Canones Apostolorum debeat deponi. tamen iu-  
xta authoritatem B. Syluestri, si in vitiō non per-  
durauerit, si sua sponte confessus adiecit ut resur-  
gat, decem annis in hunc modum pœnitentia. Tri-  
bus quidem mensibus à cæteris remotus, pane &  
aqua à vespera in vespere utatur, tantum autē  
diebus Dominicis & præcipuis festis modico vi-  
no & pisciculis, atque leguminibus recreetur, si-  
ne carne & sanguine, ouis & caseo utatur, sacco  
indutus humo adhæreat, die ac nocte misericor-  
diam Dei omnipotentes imploret finitis tribus  
mensibus continuis exeat, tamen in publicum  
non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum pa-  
tiatur. Nec enim debet sacerdos publicè pœnitente-  
re, sicut laicus. Postea aliquantis per viribus re-  
sumptis, vnum annum & dimidium in pane & a-  
qua expleat exceptis Dominicis diebus, & festi-  
uitatibus quibus vino & sanguine, ouis & caseo  
iuxta Canonicam mensura vti poterit. Fruito  
primo anno & dimidio corporis & sanguinis do-  
mini (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacem  
veniat Psalms cum fratribus in choro ornati ad  
cornum altaris non accedat, iuxta Beati Clemen-  
tis voce minora gerat officia. Deinde vero usque  
ad expletionem septimi anni omni quidem tempo-  
re (exceptis Paschalibus diebus) tres legitimas fe-  
rias in unaquaq; hebdomada in pane & aqua ie-  
junet. Expleto septimi anni circulo, si fratres a-  
pud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiā  
laudauerint, Episcopus in pristinum honorem,  
iuxta beati Callixti Papæ autoritate, eum reuo-

R.

care

258 DE DISCIP. ECCLES.  
care poterit. Sanè sciendum, quod secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnuim denarium pauperibus dando, si opus est redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde usq; ad finem decimi anni, sextum feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoque penitentia erit sacerdoti de omnibus alijs peccatis & criminibus quæ in depositionem eum inducunt. Neque hoc cuilibet onerosum videatur, si sacerdos post lapsum dignè (ut supra dictum est) poenitens ad pristinos redeat honores. De Clericis scurrilibus: Si quis Clericus, aut monachus verba scurrilia, ioculatoria risumq; mouentia loquitur acerrimè corripiatur.

Ex Concilio Carthaginensi 4. Canone 17. Ut Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconū agat. Canon. 24. Sacerdote verbum faciente in Ecclesia qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

Canon. 33. Episcopi vel presbyteri. si causa vi sitandæ Ecclesiæ alterius, Episcopi ad Ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conlecrandam inuitentur. Canon. 35. vt Episcopus in Ecclesia in confessu presbyterorum, sublimior se deat. Intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat. Canon. 36.

Presbyteri qui per dioeceses Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suis nec per iunio-

iuniorem clericum, sed omni anno aut per seip-  
sos, aut per illum qui sacrarium teneat ante  
Paschæ solennitatem chrisma petant. Cano. 49.  
Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate  
vigilijs deest, stipendijs priuatus excommunicetur.  
Canon 62. Clericum inter epulas cantantem  
supradictæ sententiæ seueritate coercendum. Ca-  
non 68. Ex poenitentibus (quamuis sit bouus) cle-  
ricus non ordinetur. Si per ignorantiam Episco-  
pi factum fuerit deponatur à clero, quia se ordi-  
nationis tempore non prodidit fuisse poenitentem.  
Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem et-  
iam ipse ab Episcopatus sui ordinandi duntaxat  
potestate priuetur. Cano. 76. Is qui poenitentiam  
in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos  
inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutue-  
rit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimoni-  
um qui eum audierunt; & accipiatur poeniten-  
tiam. Et si continuo creditur moriturus, reconci-  
lietur per manus impositionem, & infundatur o-  
ti eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à  
supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, &  
subdatur statutis poenitentiæ legibus, quamdiu  
sacerdos qui poenitentiam dedit, probauerit. Ex  
Concilio Taurinatensi. Quum ad postulationem  
prouinciarum Galliæ sacerdotes conuenissemus  
ad Taurinatum ciuitatem, atque in eiusdem vr-  
bis Ecclesia autore Domino vel mediatore sede-  
remus auditis allegationibus Episcoporum, eo-  
rum (videlicet) qui ad iudicium nostrum fuerant  
congregati, de singulis negotijs hæc sententiæ for-  
ma præcessit ita ut pacis bonum, & instituta ca-

R. 2

non sunt

Canone 2. Gestorum quoque seriem conscribi  
placuit ad perpetem disciplinam. Canon. 4. Sta-  
tuit quoque de Exuperantio præbytero sancta  
synodus, qui in iniuriam saluti Epitopi sui Tri-  
ferij grauia & multa congesserat, & frequenti-  
bus cum contumelijs prouocauerat, ita ut non-  
nulla fecerit contra Ecclesiasticam disciplinam,  
propter quam causam ab eo fuerat Dominica  
communione priuatus, vt in eius sit arbitrio re-  
stitutio ipsius, in cuius potestate eius fuit abie-  
ctio, hoc est, vt quando vel idem Exuperantius  
satisfecerit, vel Episcopo Triferio visum fuerit,  
tunc gratiam communionis accipiat. Ex Conci-  
lio Toletano primo: Canone 2. Eum verè poenit-  
tentem dicimus, qui post baptismum aut pro ho-  
micio, aut per diuersis criminibus grauissimil-  
que peccatis, publicam poenitentiam gerens sub  
concilio diuino fuerit reconciliatus altario. Ca-  
non. 5. Præbyter vel Diaconus vel subdiaconus,  
vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, intra ci-  
uitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut  
castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad Ecclesiam,  
aut ad sacrificium quotidianum nō venerit, cle-  
ricus non habeatur, si castigatus per satisfactio-  
nem, veniam ab Episcopo noluit promereri.

Ex Concilio Mileuitano. Can. 12. Placuit & il-  
lud vt preces vel orationes seu Missæ quæ proba-  
tæ fuerint in concilio, siue pæfationes, siue com-  
mendationes, seu manus impositiones ab omnib.  
celebrentur. Nec alia omniò dicantur in Eccle-  
sia,

sia, nisi quæ à prudentioribus tractatae, vel comprobatae in synodo fuerint, nisi forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum. Cano. 17. Placuit ut secundum Euangelicam & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad poenitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari. Can. 23. Placuit, ut quicunque conversus ab hereticis, dixerit se apud eos poenitentiam accipere, unusquisque Catholicus Episcopus requirat, ubi & ob quam causam apud eoldem hereticos penitentia suscepit ut cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem Episcopo Catholico vilum fuerit, tempus poenitentiae vel reconciliationis decernat. Cano. 24. Item placuit ut quicunque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in Catholicam unitatem lucrari convenientur à diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari ad ipsum pertineant, ita sanè ut si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hereticis impunè ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, ut eo modo eius cura solertia vitaretur, cum hoc iudices Episcopi cognouerint) suæ cathedralæ loca, restituant. Sanè si Episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt provinciarum ille, Primas det iudices, in cuius pro-



uinicia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint aut duo eligantur aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit, praे contumacia nolle obtemperare iudicibus cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det literas ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. Canon 25. Si in matricibus cathedris Episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos conueniatur à vicinis Episcopis diligentibus, vt ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die quo conuenitur, intra sex menses si in eius prouincia executio fuerit & non eos ad unitatem Catholicam conuertendos curauerit, non ei comunicetur donec impleat.

Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione fuisse parum mentitum, dicendo eos communicasse constiterit, etiam Episcop. amittat. Canon 26. Item placuit vt quicunque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitiae virginalis (cum vel peritor praesens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra 55. ann. ætatis, non ei obsecracionem, qd de isto annorum numero constituta est. Ex concilio Africano Can. 103. Quartum de vita.

urbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocandi nisi ea quæ videbantur corrienda, corrigeret. Ex Concilio Rheyensi, Cano. I. Itaque eos qui tam incondita ac tam instabilita usurpauerunt, placuit misericordia, & haritatis occursu, ita in communionem dilectionemq; recipi ut scirent secundum recentem & saluberri-  
mam Taurinatis synodi definitionem ad perpe-  
tuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cætero.  
ordinationibus nullis ordinarijs futuros interes-  
se concilijs, qua nihil salubre ab illis statuendum  
expectaretur, qui tantæ corruptionis detestanda  
exempla præbuerat. Ebredunensi Ecclesiæ cui an-  
teomnia maturè visum est consulendum (quia  
quatuor mensibus, & biennio sacerdote legitimo  
destituta hoc grauius egrotaret) quod clericus in-  
nocens discipline (ut probatum est) memor, quo-  
rundam laicorum insolentia ac varia perturba-  
tione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris  
minas ac iurgia, & vim acerbissimam periculosè  
perniciosa nuper cæde protulerat, nec poterat  
differri bonoru ac disciplinæ moeror, ne vel expe-  
ctatione videretur contumacium & inquietoru  
vitia palpare, quorum conspirationes iniquæ ma-  
chinacionesq; & in præteritum (quantum depre-  
hendi possint) animaduersione Ecclesiastica pu-  
niendæ & in futurum mancipandæ erant suppli-  
cio. Itaq; ordinationē quam canones irritam defi-  
niunt inos quoque vacandam esse censuimus, in  
qua propter missa trium præsentia nec expeditis  
comprouincialium literis metropolitani quoq;  
voluntate neglecta, prorsus nihil quod Episc. fa-  
ceret ostensum est.

R. 4

Alius

Alius Titulus & Canon ex vetusto Codice G.  
blacensi. 7.

Hæc quæ communi consensu de voluntate do-  
mini seruanda sunt, neque quod absit ) sine offen-  
ta Dei, ac omnium à quanquam transgrediendi  
definierunt ita dicentes, ut secundum antiquam  
consuetudinem (si qui ex tempore ruerint) bis in  
anno conuentus agant, ac certè inter quaslibet  
anxietates neglectis proprijs & domesticis ne-  
cessitatibus, gratia simul Deo agentes, quicquid  
in spiritu considerant consurgentēs solum Eccle-  
siae remedium, remota vltionis prurigine, atque  
omni animositate querant.

Ex Concilio Agathensi. Cùm in Dei nomine  
ex permisso regis in Agathensem ciuitatem san-  
cta synodus conuenisset, & in sancti Andreæ Ba-  
silica confedissemus, ibi que flexis genibus in ter-  
ra, pro regno eius pro longuitate populi Domini-  
num deprecaremur, vt nobis cōgregationis pro-  
miserat potestatem regnum eius Dominus fa-  
licitate extenderet, iustitia gubernaret, virtute  
protegeret, de disciplina & ordinationibus cle-  
ricorum atque Pontificum, vel de Ecclesiarum  
vtilitatibus tractaturi in primis id placuit, vt ca-  
nones & statuta Patrum per ordinem legeren-  
tur.

Canon 2. Contumaces verò clerici (prout digni-  
tatis ordo promiserit) ab Episcopis corrigantur,  
& si qui prioris gradus elati superbia cōmu-  
nem fortasse contempserint, aut Ecclesiam fre-  
quentare, vel officium suum implere neglexerit,  
peregrina eis communio tribuatur, ita vt cū eas

pœni-

pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gra-  
dum suum dignitatemque recipiant. Canon 3. E-  
piscopi verò si sacerdotali moderatione postpo-  
nita innocentes aut minimis causis culpabiles ex-  
communicare præsumperint, aut ad gratiam fe-  
stinantes recipere fortassè noluerint, à vicinis e-  
piscopis cuiuslibet prouinciæ literis moneatur.  
Et si parere noluerint, communio illis usque ad  
tempus synodi à reliquis Episcopis non deneg-  
etur, ne fortè propter excommunicationis pecca-  
tum, excommunicati lôgo tempore morte præue-  
niantur. Canon 9. Placuit etiā ut si præsbyteri, vel  
diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum re-  
dire voluerint. Papæ Innocentij ordinatio, vel Si-  
ritij Episcopi authoritas, quæ est his canonibus  
inserta, seruetur. Quod si ad aliquos formula illa  
Ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ quæ à Si-  
ritio Episcopo ad prouincias commeauit, non  
probabitur peruenisse, eis ignorationis venia re-  
mittitur, ita ut de cætero incipient penitus absti-  
nere. Et ita gradus suos in quibus inuenti fuerint  
sic retineant, ut ad potiora eis non liceat ascen-  
dere. Canon 15. Pœnitentes tempore quo pœni-  
tentiam petunt, impositionem manuum, & con-  
cilium super caput à sacerdote (sicut ubique con-  
stitutum est) consequantur. Si autem comas non  
depositerint, aut vestimenta non mutauerint, ab-  
ijciantur. Et nisi dignè pœnituerint, non recipi-  
antur. Iuuenibus etiam pœnitentiam non facile  
committendam esse propter ætatis fragilitatem.  
Viaticum tamen in omnibus morte positis non  
negandum. Canon 41. Ante omnia clericis vete-  
tur

tur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac matrix est. Itaque eum quem ebrium fuisse constituit (ut ordo patitur) aut triginta dierum spatio communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio. Canon 60. Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si pruaricatione damnabili post in hæresim transierint grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine breuata, pœnitentiam biennij conditioni infra scriptæ obseruationis imponimus, ut tertio biennio præscripto sine relaxatione ieunent, & Ecclesia studeant frequentare. In pœnitentiū loco standi & orandi humilitatem ita nouerint obseruandā, vt etiam ipsi quum catechumeni egredi commouentur abscedant. Hoc si obseruare voluerint, cōstituto tempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur. Quod si ardua vel dura fortè putauerint, statuta præteriorum canonum implere debebunt. De purgatione Clericorum si conuici non poterint: Si quis præsbyter vitæ suæ negligens, prauis exemplis mala de se suspicari permisit, & populus ab Episcopo iuramento seu banno Christianitatis constrictus, infamiam eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primò seorsum, ab Episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus. Si non emendauerit, in conuentu præsbyterorum Episcopus cum publica increpatione admoneat. Si verò neque sic correxerit, ab officio suspendatur, usque ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Si verò accusatores legiti

timi non fuerint qui eius crima manifestis in-  
dicijs probare contenderint, & ipse negauerit,  
tunc ipse cum socijs septem eiusdem ordinis (si  
valet) a crimen feipsum exurget. Diaconus vero  
si eodem crimen accusatus fuerit, semetipsum  
cum tribus expurget.

## C A P V T I I I .

*Ex Decreto Iusnisi.*

**P**Erquirendum est, si aliqua foemina sit, que per  
quædam maleficia, & incantationes mentes  
hominum immutare se posse dicat, id est, ut de o-  
dio in amorem, vel de amore in odium conuer-  
tat, ut bona hominum aut damnet, aut subripiat.  
Et si est quæ dicat cum dæmonum turba in simili-  
tudinem mulierum transformata, certis nocti-  
bus equitate super quædam bestias, & in eorum  
consortio annumeratam esse. hæc talis omnimo-  
dis scopis correcta ex parochia ejiciatur.

Ex Concilio Arausideno primo, Canon. 3. Qui  
recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit  
sine reconciliatoria manus impositione eos com-  
municare, quod morientis sufficit consolatori  
secundum definitiones Patrū, qui huiusmodi cō-  
munionem congruenter viaticū nominauerunt.  
Quod si superuixerint, stent in ordine pœnitentia  
tum, ut ostensis necessarijs pœnitentiæ fructi-  
bus, legitimam communionem cum reconcilia-  
toria manus impositione recipiant. Canon 7. In Ecclesia manumissos, & per testamentum Eccle-  
sia commendatos, si quis in seruitutem vel obse-  
quiū,

quium, vel ad coloniarum conditionem imprimere tentauerit, animaduersione Ecclesiastica coercebitur. Canon. 10. Si quis Episcoporum in aliena ciuitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel per fundi sui negotio, aut Ecclesiastica utilitate, vel pro quacunque sua opportunitate permissa licentia ædificandi (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodè referuatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit: reseruata verò ædificatori Episcopo hec gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre ipsos ordinet is in cuius ciuitatis territorio est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis Ecclesiae ipsius gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio Ecclesia surrexit) pertinebit. Quod si etiam secularium quicunque ædificauerit Ecclesiam, & alium magis quam eum in cuius territorio ædificat inuitandum putaverit, tam ipse qui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult, quem omnes Episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à conuentu abstinebunt. Canon 29. Hæc quæ subscripsimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non prætereuntes eas qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse detrectant, ut quid sibi de illis placeat, qui Patrum statuta despiciunt innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sancta synodus conuenire adjiciētes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate Ecclesiastica, ac reme-

remedijs congregare conuentus voluerimus, constituamus ut nullus conuentus denunciatione sol uatur. Ex eodem partim, & partim ex alio Codice decretorum, librorum sexdecim, lib. ii. cap. 7. Reconciliatio excommunicati: Cum aliquis excommunicatus, vel auathematizatus poenitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, Episcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas Ecclesiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent. Vbi etiam esse debent illi quibus iniuria vel damnum commissum deber emendari: aut si iam emendati est eorum testimonio non probari. Deinde interrogat Episcopus, si poenitentiam iuxts quod canones praecipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terræ prostratus veniam postulat, culpam confitetur, poenitentiā implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc Episcopus apprehensa manu eius dextra, in Ecclesiam illum introducat, & ei communionem, & societatem Christianam reddat, & septem Psalmos poenitentiales decantet cum ipsis precibus Kyrieleison. Pater noster, Et ne nos. Saluum fac seruum tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte eis Domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto eis Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi. Dominus vobiscum. &c. Oratio: Praesta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum poenitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuz sanctum, à cuius integritate deuiauerat peccando, admissorum veniam

niati consequendo reddatur innoxius. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Alia oratio. Majestatem tuam quæsumus, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem sed peccatorum vitam semper inquiris, respice fletum famulum tuum, attende prostratum eius plenum in gaudium tuæ miserationis conuerte scinde delictorum sacco, & indue cum lætitia salutari, ut post longam peregrinationis famem de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloria tua semper. Amé. Alia oratio. Deus misericors, Deus clemens, qui secundum inultitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, & praeteritorum criminum culpas venia remissione uacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi, innoua in eo piissime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis anneße. Misere Domine gemitum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliacionis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Post hæc secundum modum culpæ poenitentiam ei iniungat, & literas per Parochiam suam dirigat, ut omnes nouerint eum in societate Christiana receptum. Alijs etiam Episcopis hoc notum faciat. Nullus autem Episcopus alterius parochium excommunicare, vel recociliare præsumat,

fine

sine consensu vel conscientia proprij Episcopi. Ex Concilio Vasensi primo. Canon. 6. verbi grat. Inimicus est alicui pro actibus suis vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius videlicet qui Ecclesiæ curam gerit absque commonitione obsecundare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, vt unusquisq; qui in culpa est, dum cupid omnium vestrum sibi gratiam reparare, citius festinet recōciliari ei qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cum obedire cęperit monitis præsidentis, &c. quæ in consequentibus dēnotant amicos eorum, qui veritati inimici sunt. Sciat itaq; deinceps clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam sibi ascribendū, si quis in hoc vitiorum maiorum confortator & disciplinæ subuersor cognoscitur. Ex Concilio Carpentoracensi: Licet omnia quæ Ecclesiastica regula præcepit obseruari in multis canonibus contineantur inserta, noscuntur tamen causæ pro quibus necesse habēt sacerdotes Domini, quod ad iustitiam pertinet secundum discipl. Eccl. ordinare. Ex Concil. Arel. 3, Canon 3. Quia dignum est, vt seueritatem Ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis Patribus instituta obseruare contemnit. Canon 4. Et si fortè aliquis clericorum regulam disciplinæ Ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit euagatus quicunque eum suscepit, & non solum Pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defensare præsumperit, Ecclesiæ communionē priuetur:

Ex

Ex Arelatensi Concilio iuxta Gracianum, non tamen ponit quanto, Monasteria, vel Monachorum disciplina ad eum pertineat Episcopum, in cuius sunt territorio constituta. Ex venetico Concilio: Quoniam nos in Ecclesia Venetica causa ordinandi, Episcopatus congregauit rectum esse credimus de regula Ecclesiastica, quæ nobis donante Domino credita est, & de distinctione, cuius curam non sine culpa nostra omittemus habita collatione, ut quæ in priorum patrum statutis vidimus omissa, & procedente tempore ex nimia licentia prælabente seculari libertate præsumpta statutis celeberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestræ, quia præsentia vestra, nobis necessitate faciente fraudata est credimus deferendum, ut si probabile duxeritis, id quoque & vestra autoritate firmetur, & distinctione serueatur.

Canon. 6. In Monachis quoque parsententia forma seruetur. Quos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri.

Ex Concilio Turonico primo: Seuerino viro clarissimo Cons. sub die 18. Calend. Decemb. cum ad sacratissimam festiuitatem, quo Domini Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum Beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adiema est, venissent, necessariò crediderunt, ut quia per longam incuriam in aliquo de rebus, Ecclesiasticæ disciplinæ regula fuisse vitiata, diffinitionem suam, quæ cum Patrum autoritate concordat præsentis scripturæ emanationem firmaretur.

firmarent, non quæ prius illicite commissa sunt  
reuelentes, sed in posterum vniuersorum utili-  
tati prospicientes, vt secundum Euangelica præ-  
cepta, & Apostolicam doctrinam Patrum statuta  
seruantes, Ecclesia Domini pura & immaculata  
permaneat. Ex Concilio Terraconensi: Canon 1.  
Si quis hæc à nobis statuta contempserit, si cleri-  
cus est, loci sui dignitate priuetur. Si verò religio-  
sus, vel monachus in cella monasterij inclusus,  
pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulariæ af-  
flictione panis & aquæ victum ex Abbatis ordi-  
natione percipiat. Canon 7. De Diœcesanis Ec-  
clesijs, vel clero id placuit diffiniri, vt præsbyteri,  
vel diaconi, qui mihi constituti sunt cum cleri-  
cis septimanas obseruant, id est, vt præsbyterij v-  
nam faciat hebdomadam, qua expleta succedat.  
Diaconis ei, similiter ea scilicet conditione ser-  
uata, vt omnis clerus die sabbati ad vesperam sit  
paratus, quo facilius die Dominico solennitas  
cum omnium præsentia celebretur, ita tamen vt  
omnibus diebus vespertas & matutinas celebret:  
quia desistente clero (quod est pessimum) compe-  
rimus, in basilicis nec luminaria ministrari. Si  
qui sanè negligentia vitio hæc implere nolue-  
rint, nouerint se secundum statuta canonum pro-  
modo personarum canonice disciplinæ subden-  
dos.

Ex Concilio Epaunensi: Canon 19. Abbas si in  
culpa reperiatur aut fraude, & innocentem se af-  
serens ab Episcopo suo accipere noluerit corre-  
ctionem, ad metropolitani iudicium ducatur.  
Canon 29. Lapsi, id est, qui in Catholica baptizati,

S

si præ-

Si prævaricatione damnabili post in hæresim transferint, grandem eis difficultatem redeundi sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine priuatis, pœnitentiam biennij conditionibus infra scriptæ obseruationis imponimus, ut præscripto biennio tertia die sine dilatione ieunient, & in Ecclesiam studeant frequentare pœnitentiam locum standi, orandi, humilitatem noverint obseruandam, & etiam si ipsi cum catechuminis procedere comonentur, abscedant. Hoc si obseruare voluerint, constituto tempore admittentur ad altarium, & relaxatio obseruetur. Quam si arduam vel duram fortè putauerint, statuta præteriorum canonum complere debent.

Ex Synodo Romana prima. Canone 2. atque ideo caueamus in posterum, ne subuersio disciplinæ, aut audacia præsumptionum gestiat tentare similia, & pari adunatione tractemus expressis scilicet sententijs sancientes, quid circa Romanorum Episcopi ordinationem debeat custodiri. Canon 3. Et adiecit: Ea quæ ad sopiaendos veternos præsumptionis errores vel infensæ rebus Ecclesiasticæ ægritudinis morbos, quibus vniuersalis afficitur Ecclesiæ deliberatio religioni congruacique constituit, firmitatem perpetem sortiantur, ut præstante Deo quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnes sine personæ alicuius distinctione constringat. Contra quam si quis sub qualibet occasione venire præsumperit, indita superius distinctione plectetur. Et subscripserunt Episcopi numeri.

humero septuaginta duo.

Ex Synodo Romana tertia, Canone primo. Bene quidē fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsequuta, sub diuini timore iudicij, quæ erat statuenda definiuit, & ad iustitiam cumulum peruehit dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione donationis inuasit, & iugum disciplina Ecclesiastica fecit respuere, quos propterea schisma fecisse apud vos constitit, quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat vniuersis impendi (sicut op̄ortuit) non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrate difficile est.

Ex Synodo Romana quinta: Canone quarto. Si quis hec quæ hodie in hac synodo prohibita sunt, infringere præsumperit, aut voluntariè transgreſdi tetauerit, si clericus est gradu proprio pénitus careat: si verò monachus aut laicus fuerit, communione priuetur. Et si non emendauerit vitium anathemate feriatur. Canone 6. Adiecitque & dixit: Ea quæ ad suscipiendos veteros & præsumptionis errores, vel infensos Pontificibus præsumptionis morbos, quibus status affligi solet Ecclesiæ seruorumque eius deliberationem religioni congrua pacique constituit, perpetua seruentur firmitate, vt annuente Deo quem custodem rerum constat esse synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicuius distinctione venire præsumperit, imposita superius distinctione plectetur. Vniuersa Synodus dicit: vt fiat rogamus, dictum est decies: ve

scandala amputentur, & insidiæ atque detrac-  
tiones erga Episcopos vitentur, rogamus. Dictum  
est duodecies.

Ex sexta Synodo Romana: Quoniam religiosus  
sancto spiritu congregante conuentus hortatur,  
ut quæcumque pro disciplina Ecclesiastica necel-  
saria sunt, cura diligentiore tractemus. Nos enim  
& Apostolicae sedis moderamine compellimur,  
& Ecclesiasticarum rerum dispositione constrin-  
gimur, sic canonum paternorum decreta libare,  
& retrò prælulum antecessorumque nostrorum  
decreta metiri, ut quæ præsentium necessitas tem-  
porum restaurandis Ecclesijs relaxanda exposcit;  
adhibita diligentî consideratione quantum fieri  
potest auxiliante Domino temperemus: quia nos  
(qui potissimi sacerdotis administramus officia)  
transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei  
desides fuerimus inuenti, qui meminimus quod  
negligentia sacerdotum. Sanè reatu maiore deli-  
quit qui potiore honore perfruitur, & grauior  
facit vitiæ peccaminum sublimitas dignitatum.  
Ideo tacere non debemus, sed ea quæ necessariis  
fore agnouerimus viriliter corrigere & emenda-  
re satagamus, & ea quæ nocua sunt extirpare  
(prout Dominus dederit) non negligamus. Ab  
niuersis Episcopis & presbyteris acclamatum est  
Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita. Dictum est  
sexies: Hæc confirmamus, & hæc docemus. Dictum  
est octies: Doctrinæ vestræ gratias agimus inge-  
tes. Dictum ex eadem Synodo: Vnde precamur  
antiquorum Patrum regulas, quæ modo propter  
inc.

incuriam quorundam quasi oblita habentur, renouantes: & tale iudicium super eis fiat ut aut manifeste haeretici, quia Ecclesiam Dei scindunt & anathematizati, atque ab Ecclesia Dei extores habentur, aut per satisfactionem Ecclesiae ad poenitentiam & demum iuxta regulas Ecclesiasticas ad reconciliationem, & si digni inuenti fuerint, ad communionem recipientur. Ibidem: Debet tamē esse prouisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat, & res usurpatas iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet aequitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per internas res Deum defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari donatione concludit, quod si præsumperit, & ipsius offensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiuscmodi frena distinctionis imponimus, qui facultates Ecclesiae sub specie largitatis regiae, vel cuiuscunque potestatis improba subreptione peruerant. Sera namque de his rebus pænitudine commouemur, cum iam transactis temporibus contra huiusmodi personas canonum suffulti præsidio, se sacerdotes Domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiae ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie prouocaret. Nunc tardè iniuriarum mole depresso, damnis quoque duris compellentibus excitamus: Quod si is cui res Dei competit in alijs quam ubi res agitur, maximè solet territorijs

S 3

com-

commorari, sacerdotem loci ipsius ubi habitat Episcopus, illi huiusmodi prauitate contentus neglectu personę literis instructum reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta, aut persuasorem rerum Dominicanarum admonitione corrigat aut prætaxata canonica distictione condemnet. Vnde & Canonibus in Gangrensi Ecclesia Apostolica autoritate conditis, de fructuum oblationibus quæ ministris Ecclesiae debentur, & de his quæ in usu pauperum conferuntur, scriptum habetur. Si quis oblationes Ecclesiae accipere vel dare voluerit, propter conscientiam Episcopi, vel eius cuius huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

Et iterum in eodem Concilio. Si quis oblatis Deo dederit vel acceperit præter Episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, ut quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel salute vel requie animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesiae contulerit, aut certè reliquerit, ab his quibus haec maxime seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus & primis regionum in aliud transferri vel conuerti. Propterea qui haec non præuidexit, & aliter quam scriptum est, prædia Ecclesijs petierit, vel acceperit, aut possederit vel defenderit aut retinuerit, nisi citò se correxerit,

quo

quo iratus Deus animas percutit, anathemate ferriatur, sitque accipiendi & danti & possidenti anathema, & institutæ pœnæ contubernium asfiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstatculo munit, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit: Ab universis Episcopis & præsbyteris acclamatum est. Ut hæc penitus absindatur rogamus. Dictum est quinques: Ut hæc amputentur, precamur. Dictum est sexies: Ut res Ecclesiæ quibus traditæ sunt intemerato iure seruentur, rogamus. Dictum est septies: Ut secundum hoc quod persequuti estis synodali conuentu per omnia fiant, unanimiter deprecantes rogamus. Dictum est octo: Ut in præsumptoribus vindicetur, rogamus.

Dictum est decies: Ut disciplina seruetur, rogamus. Dictum est undecies: Quæ male admissa sunt per vos corrigantur. Dictum est duodecies: Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiant, rogamus. Dictum est tredecies: At Apostolica ordinatio illibata seruetur. Dictum est quatuordecies: Dignus Papa quod non licet, nou fiat. Dictum est quindecies: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictum est sexdecies: Ut canones custodiantur rogamus. Dictum est quindecies: Ut ordinatio Apost. seruetur. Dignus Papa, dignus Doctor. Dictum est nouemdecies: Hæc omnes unanimiter confirmamus, & ut unanimiter seruentur, rogamus. Dictum est vigesies,

S 4

Hæc

Hæc timenda, hæc seruanda sunt. Dictum est vigesies: Per Dominum Petrum, & perpetuò seruentur rogamus. Dictum est vigesies: Qui hæc violarit in se, iuxta prætaxatum modum inniat: Dictum est vigesies: Et facto silentio Symmachus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ dixit: Præsentis diffinitionis formam, quæ iuxta sanctorum Patrum est statuta sententias, in omnium Ecclesiarum notitiam, peruenire decernimus, ne cuiquam pro sua possit ignoratione licere, quod non licet. Et qui talia præsumperint, sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam vestram cunctorum exhortatione & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia Episcoporum res Ecclesiæ non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruersores rerum memorarum prædictæ canonum distictionis feriantur vindicta; ut qui moribus proprijs, ac nulla cōscienciacastigatione corriguntur, saltē Ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter verò quicunque res Ecclesiæ confilcare, aut competere, aut peruidere periculosa sua infestatione præsumperit, nisi se citissimè per Ecclesiæ de qua agitur satisfactione correxit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi qui res Ecclesiæ iussu vel largitione principiū, vel quorundam potentum, aut quadam inuasione aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs vel hæredibus suis (ut à quibusdam iam factum audiimus) quasi hæreditarias reliquerint, nisi cito res

tò res Dei admoniti à Pontifice agnita veritate reddiderint perpetuò anathemate feriantur.

Iniquum enim esse censemus, vt potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum (vt præceptum) est iudicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus interpat, vt si medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si citò quis illius internu desperatus euadat: vel cum postea vulnus asperxerit, adhibet fomenta vel cætra, quibus illud posset quod curatū fuerat vulnus obduci, ac si id manens sanari non poterit ne corpus reliquum sua tale corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum seruet intactum.

Præcidendum id ergo est quod velut puro lanquorū nimirum corpori vulnus obrep sit, ne cum tardius abstergitur in ipsis penè visceribus mali non haurienda sentina considat. Ferro enim absindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extores debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corringtont, dicente Domino. Auferre malum à vobis, vniuersa synodus surgens acclamauit, vt ista fiat rogamus. Dictum est octies. Ista seruentur, precamur, dictum est decies: vt in perpetuum manent, & vestra autoritate fermentur. Dictum est duodecies. Exaudi Christe Symmacho Papæ vita dictum est duodecies.

Et facto silentio Symmachus Episc. Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ synodo præsidens dixit.

S S

In

In hoc cognoscimus omnes quia Deum diligimus, si mandata eius faciamus. Hæc est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius grauiam nona sunt. Iustus enim est Dominus & omnia iudicia eius iusta sunt, atq; omnes viae eius misericordiae & veritas & iudicium, in manu Dei potestas terræ cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponit honorem suū. Perdit Deus memoriam superborum, & iniquagrentium, & reliquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certò habet omnis qui rectè colit Deum: quia vita eius si in probatioē fuerit, coronabitur, & si in tribulatio-ne liberabitur: si vero in correctione fuerit ad misericordiam perueniet. Omne enim quod irreprehensibile est Catholica defendit Ecclesia. Non licet ergo Imperatori vel cuiquam pietatem contulidenti aliquid contra mandata diuina presumere, nec quicquam quod Euangelicis propheticisque, & Apostolicis regulis obuiat agere. In iustum enim est iudicium, & definitio iniusti re-gio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, non valet. Nec quicquam quod contra Euangelicā, vel propheticā, aut Apostolicā doctrinā, constitutionemque eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit stabit: & quod ab infidelibus aut hereticis factum fuerit, omnino cassabitur. Nocius ergo sancti prædecessores mei damna: e confide-ter studuerunt, quorum & pusillitas mea (licet impar & minimus) pro suscep-to tamen diuina dignatione ministerio pedisse quam cuperet exis-te.

re. Vz



re. Vnde enim erit nobis qui huius ministerij onus suscepimus habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi quam Apostoli praedicauerunt, praedicare neglexerimus. Vnde erit nobis si silentio veritatē oppresserimus, qui erogare numularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsis Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem cōsumdimur praedicare. Quid erit de nobiscum de commissis nobis animabus & de officio suscepimus rationem iustus iudex Christus Deus noster distinxit exegerit? Ideo nos oportet semper nocina refecare, & auxiliante Domino profutura erigere. Vnde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo prodeesse quibus possimus festinemos. Lingua nostra bonis fomentum sit prauis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigrorum exactuat, desides horādo succendat, refugētibus suadeat, asperis, blandiatur desperatos consoletur, ut quia doctores dicimur, viā salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes aditus, contra hostis insidias solliciti numiamus: & si quando ouē praedictam de commissis gregib. error abduxerit, toto illam annisu ad caulas reuocare dominicas contendamus, ut de pastoris nomine quod habemus non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in omnib. diuinæ gratiæ adiutorio opus est omnipotentis Dei assiduis precib. clementiā exoremus, quatenus ad hęc nobis operanda & velle tribuat, & posse cōcedat, atq; in ea nos via cū fructu boni operis q̄ se pastor pastori esse testatus est, dirigat, vt sine quo nihil agere possumus, per ipsū oīa implere valeamus.

Vniuer-

Vniuersa synodus surgens acclamauit. Placeat omnia, ut perpetua itabilitate firmentur, rogamus. Dictum est octies. Et adiecit. Exaudi Christum Symacho vita. Dictum est octies: ut haec interemptato iure custodiantur, precamur. Dictum est duodecies: Qui haec sponte violauerit, perpetuo anathemate feriatur, rogamus. Dictum est quindies: ut decreta nostra confirmes, precamur. Dictum est decies & octies. Et facto silentio, Symachus Episc. Ecclesiae Catholicae vrbis Romae dixit. Acclamaciones vestras, synodiique iudicium praesentia gesta suscipiant. Et adiecit: Ea quæ ad sopiaendos veteros & presumptionis errores, vel infensa rebus Ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur Ecclesia, delibratio religioni congrua paciæ constituit, firmatae perpetue feriuntur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodali ordinatio vigeat, atque omnis qui sine persona alicuius districione venire præsumperit, iudicata superius districione plectatur.

## CAPUT IIII.

*Ex Concilio Ilerdensi.*

**C**Anone 16. Tamen quia ipsa sanctio (quod pe-  
catus est) à multis clericis nunc cognoscitur  
violari, ita ut non iubente sacerdote expectorato  
affectu, totaque disciplinæ severitate posthabita,  
immaniter quæ in domo Pontificali reperiuntur  
inuadunt, & abradunt, ideo nunc hac huius plati-  
citi constitutione inter nos censura placuit cu-  
stodiri,

stodiri, ut defuncto antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis officij gradusve sit, quicquam de domo presumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est, mobilis & immobilis rei Ecclesiastice conetur intudere, nihil furto, nihil domo suppressmens, auferens atque abscondens, sed is cui domus commissa est subiungit si bi cum consilio uno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia usq; ad tempus Pontificis subsistendi debeat conseruare, & his qui in domo inueniuntur clericis consuetam alimoniam administrare.

Ex Concilio Valentino Hispanie Canon. 6. ut nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec ullam sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non sponditerit, ut per haec nullus à regula, vel disciplina Ecclesiastica deuiare permittatur impunè.

Ex Concilio Aurelianensi primo: Can. 7. Quod si nec sub tali seconfusione correxerit, donec emendet errorem communione fratrum habeatur indignus, minores (ut dignum est) distingantur. Canon. 21. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Qui semel in anno in loco ubi Episcopus elegitur, accepta vocatione conueniant. Monachi autem Abbatibus omni obedientia & deuotione subiacent. Quod si quis per contumaciam extiterit inde-

indeuotus, aut per aliqua loca vagari aut peculiare aliquid præsumplerit, omnia quæ acquisierit, ab Abbatibus auferentur, secundum regulam Monasterio profutura.

Ipsi autem qui fuerant peruagati, ubi inuenti fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et reum se ille Abbas futurū esse cognoscat, qui in huiusmodi personis nō regulari animaduersione distinxerit, vel qui suscepit monachum alienum Canon 30. Clerici verò qui ad opus sanctum adesse contemperint, secundum arbitrium Episcopi Ecclesiasticā suscipient disciplinam.

Ex Concilio Cæsaraugustano. Canon. 5. Item lectum est, ut hi qui per disciplinam, aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab alijs Episcopis nō sint recipiendi.

Ex Concilio Toletano 2. Can. 3. Quatenus mala consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpere nō possit. Ex Synodo quædam Hierosolymitana ex actis quinta Synodi Constantinopolitanæ excerpta.

Recordantes solum venerabilium virorum, qui apud vos sunt lætamur. Nam cum sine vultus interpellatione sit alloquutio per epistolas, est minimum vertere ad ipsos. propter hoc ergo solum & nunc me motum esse ad scribendum & ex ipso momento alloquendi vos, delectatus sum sicut in omnibus diuinitijs. Nam sicut vnguentum eucratum, muneris tui sic odore, nedum non presentis, sed absensis sentimus: in eminentia morum vestrorum, ad ipsum medium cordis posita,

lætitia implemur, audientes virtutum vestrarum fertiliſſimā utilitatem, nam sermo de vestrā charitate quotidie versatur inter nos, cū multi quidem quā à vobis reformata sunt, narrent: maxime verò communis frater, imdō communis benefactor Deo amantissimus presbyter Euseb. (veritatem dico, & non mentior) magnus generaliter & cōtinuus de vobis sermo est, maximè ab ipsius sanctitate, qui libenter narrat quę apud vos sunt, sicut fides recta vita irreprehensibilis, mansuetudo magna, & simpliciter dicendo, omnis virtutū chorus vobis à Deo datus est, ut & Iacobi sedem accipere, & custos orthodoxæ fidei esse merearmini. Ex Concilio Aurelianensi 2. Can. 7. Itaque Metropolitanus Episcopus à comprouncialibus clericis, vel populis electus congregatis in vnum omnibus comprouncialibus Episcopis ordinetur, vt talis (Deo propitio) ad gradū huius dignitatis accedat, per quem regula Ecclesiæ in melius aucta, plus floreat. Ex Concilio Aurelianensi 3. Canon. 6. De clericorum præmittenda conuersione id omnimodo obseruetur, ne ullus ex laicis ante annualem conuersionem vel æratem legitimam, id est, viginti quinque annorum diaconus, & triginta præbyterordinetur, ita vt de ipsis quoque, qui ordinandi sunt, clericis regulari custodiatur studio, ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut paenitentiam professus, aut senius corpore, aut qui publicè aliquādo arreptus sit, ad suprascriptos ordines promoueatur. Quod si sciens Episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem qui

288 DE DISCIPL. ECCLES.  
qui ordinatur, suscep<sup>t</sup>o iuxta anteriores canones priuetur officio, sed ille pro ordinatione temeritate sex mensibus à celebrandis officijs seque stretur. Quod si Missas intra statutum temporis facere præsumperit, anno integro omnium fratribus charitate priuetur. De quorum promotionib. si quis clericus aut ciuis testis extiterit, quorum testimonio dum creditur, frequenter Pontificis ignorantia præuenitur, cum agoit fuerit ordinationem illicite celebratam, anno integro à communione pellatur. Qui si infirmitate deciderit, eis viaticum non negetur.

Canon. 11. Si qui clerici ministeria suscep<sup>t</sup>a, quacunque occasione agere sicut & reliqui deuterant, & excusationem de patrocinij quorumcunque (ne officium impleant prætendunt, ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa estimant per inobedientiam contemnendo) inter reliquos clericos canonicos, ne hac licetia alij vitientur, nullatenus habeantur, neque ex rebus Ecclesiasticis cum canonibus stipendia aut munera vlla percipient. Canon 16. De raptu virginum consecraturum, seu in proposito sub deuotione viuentium id statuimus, ut quicunque sacrata vel deuote, id est religionem professæ vitium præsumperit, à communione Ecclesiastica usq; ad exitum repelletur, viatico tantum ei infirmitatis periculo referuato. Quod si quæ rapta dicitur cum raptore habitare consenserit, & ipsa excommunicatione simili feriatur. Quæ & formam de poenitentibus ac viduis in proposito manentibus, definita sub distinctione Ecclesiastica conseruet. Quod si quis facer-

sacerdos sciens, huiusmodi personis communi-  
cauerit, anno integro pacem Ecclesiasticam non  
habebit. Cano. 20. Si quis clericorum circa se di-  
strictionem Episcopi sui putat iniustum, iuxta  
antiquas constitutiones recurrat ad synodū. Ca-  
none 21. Similis etiam de his qui oblationes de-  
functorum legaliter dimissas, quo libet ordine  
assignare tardauerint, vel detinere præsumpse-  
rint distinctionis Ecclesiastice iuxta priores cano-  
nes forma seruetur. Canone 27. Quod si inuentus  
fuerit quis in operibus suprascriptis quæ inter-  
dicta sunt se exercere, qualiter emendare debeat,  
non in laici distictione, sed in sacerdotis casti-  
gatione consistat. Can. 28. De Missis nullus laico-  
rum antē discedat, quam dominica dicatur ora-  
tio. Et si Episc. prælens fuerit, eius benedictio ex-  
pectetur. Sacrificia verò matutina. Missarum, si-  
ue vespertinorum, ne quis cum armis pertinenti-  
bus ad bellum, expectet. Quod qui fecerit, in  
sacerdotis potestate consistat, qualiter eius di-  
strictione debeat castigari. Ex Aruernensi syno-  
do: Inspectisque canonibus, id nobis rationabile  
visum est, ut quamuis Ecclesiasticæ regulæ penè  
omnia comprehendant, quædam tamen vel adde-  
rentur noua, vel repeterentur antiqua. Canon. 1.  
In primus placuit, ut quotiens secundum statuta  
Patrum sancta synodus congregatur, nullus Epi-  
scoporum aliquam primo causam fuggerere au-  
deat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad se-  
renitatem regulæ ad animę remedium pertinent,  
finiantur.

Canone 2. Sit in eligendis sacerdotibus cura

T

præ-

290 DE DISCIP. ECCLES.  
præcipua, quia irreprehensibles esse conuenit,  
puos præesse necesse est corrigendis.

Cannone 16. Quod si antistes culpam hanc in  
præsbytero aut diacono suo distingere canoni-  
co rigore noluerit ipse seueritate sententia, vel  
seueritatis sententia feriatur. Ex Synodo Ante-  
lianensi quarta: Canone 2. Si quis hanc regulam  
perruperit, tanquam transgressor disciplinæ  
faceidotibus censeatur. Canone 22.

Item seruo sæculari sacerdotum prædas vel  
captiuitates exercere non liceat, quia iustom est,  
ut quorum domini redemptionis debent praefla-  
re suffragium, per seruorum suorum excessum  
disciplina Ecclesiastica non maculetur.

Canone vigesimo quinto. Si quæ parochiæ in  
potentatum domibus cōstitutæ sunt, vbi obler-  
uantes clerici ab Ecclesia ciuitatis admoniti se-  
cundum qualitates ordinis sui fortasse, quod Ec-  
clesiæ debent sub specie Domini domus implere  
neglexerint corrigantur, secundum Ecclesiasti-  
cam disciplinam. Et si ab agentibus potestatem  
vel ab ipsis rei Dominis de agendo officio Eccle-  
siæ ab aliquo prohibentur, autores nequitia à fa-  
crys cæremonijs arceantur, donec subsequata e-  
mendatione in pace Ecclesiastica sacris cæremo-  
nijs misceantur. Canon 36. Placuit præterea vi-  
cuncti Metropolitanus de comprouincialibus suis  
in Prouincia sua annis singulis synodus debe-  
ant congregare, ut dum in vnum fe fraternitas  
iungit, semper & censura teneatur & charitas.  
Canone trigesimum septimo. Quod si quisque  
salubriter perspicit instituta indecenter trans-

gredi

gredi quacunque occasione tentauerit, nouerit  
se Deo, & cunctæ fraternitati culpabilem esse fu-  
turum quia iustum est, per vnitatem antistitum,  
ut Ecclesiastica fulgeat disciplina & inconuulsa  
maneat constitutio sacerdotum.

Ex Synodo Turonica secundæ: Ecclesiasticæ di-  
sciplinæ debet esse suffragium, congregatio sa-  
cerdotum, nec aliud erit suæ solitudinis tam  
peculiare conscribere quam quod ad fundamen-  
tum religionis proficere recognouerit, operari  
non cessen, ut cum pastoralis cautela propagatur  
in ouilis custodia, paucorum veneranda decre-  
ta sint salutis publicæ documenta. Et quoniam  
quod omitti non decet oportet implere, præser-  
tim cum cuius ad animarum intellectualium (de  
quibus Deo cura est) forma præcessit traditionis  
lex ad Pontifices manauit, necesse est vigilantis-  
mè prouidere, repulso corpore ut quioquid ab  
antiquis Patribus statutum de tramite canonico,  
quarundam personarum temeritate cernitur  
imminutum, reuocandum est in statu pristinum,  
vt possint malè admissa corrigi, & non admit-  
tenda damnari. Magna est enim in ipsa seuerita-  
te pietas per quam tollitur peccandi faculta-

Nam ubi insana libertas generat vulnera sacer-  
dotalis districtio dat medelā. Quapropter (Chri-  
sto auspice) in Turonica ciuitate concilio con-  
cordanti, iuxta conuiuentiā gloriofissimi Do-  
mini Chariberti regis annuentis coadunati pro  
pace & instructione Ecclesiæ oportunum cre-  
dimus subter annexa decreta couficerere, & sub-  
scriptionibus proprijs roborare (ut retundantur

T 2 noxia

noxia, propagentur aptata ne taciturnitate sile-  
tij vitiosorum criminum nutritri videretur licen-  
tia, non abscondi, & quæ opportuna erant, pro  
qualitate temporis adiici, non patarentur negli-  
gi, sed procurentur impleri. Canon 11. Si quis E-  
piscopus ad distringendum eos, qui in hac facili-  
te perdurant, negligens apparuerit, sicut in ipsa  
sancta Basilica est publicè recitatum, ex con-  
sensu communi, atque totius populi senten-  
tiam prædecessorum canonum se incurrer eo-  
mnino cognoscat, sic tamè vt tam metropoli-  
tanus suis comprouincialibus, quam comprouin-  
ciales metropolitano suo si resistere, aut conté-  
nere Episcopum clerici sui præsumplerint, dent  
omnino solarium. Et quia dixit sancta scriptura,  
Frater fratrem adiuuās exaltabitur quisquis pro  
causa Dei fratri suo solarium commonitus dare  
distulerit, usque ad synodum remoueatur. Nam  
si Episcop. se contemni sentiens fratres suos in  
solatio suo non commouerit, ipse sciat, qualiter  
reddat Domino rationem. Canone 20. Et qui de-  
berent esse forma præcepti, ipsi inueniantur in  
vrina peccati. Rectius est, vt caput morbidum, si  
cutari non potest, amputetur, quam grex pro eo  
dem inficiatur. Talis ergo sacerdos, & pastor  
non debet à populo venerari, sed renui, qui non  
formam disciplinæ, sed vitij docet dum seipsum  
non corrigit.

Can. 26. Sacerdotalis tamen debet esse pro-  
uicio, vt vindictam admonitio manifestè præ-  
dat, vt res usurpatas si iniuste quis tulerit, adhi-  
bita æquitate restituat. Quod si neglexerit & ne-  
cessitas

cessitas compulerit postea prædonem sacerdotalis districtio maturata procellat, neque quisquam per interregna res Dei nitatur defensore, quia Dei potentia cunctorum regnum terminos singulari dominatione concludit. Canon. 28. Cauta enim est in salute prouisio ad effugiendā culpam delicti, aditum delinquētibus repellere. Ex Concilio Pariensi 1. Admonet Pontifices temporum qualitas, & improbae necessitatis præcauenda conditio, ut non solum rerum præsentium sed & futurorum quoque utilitas congrua promissione tractetur, quatenus quos custodiæ ordinatio, ac pro amore diuino solicitudinis cura constringit, & prouidisse sequentia & opportunitè eis vigilasse probeatur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maximè consulunt, si importunorum voluntatibus obuiasse noscuntur, coniuncti in unum Christo opitulante Parisijs pro utilitatibus Ecclesiarum, vnde non leuiter rationem sumus quandoque reddituri inquantum diuina pietas virtutem dare dignata est, tentauimus salubri consideratione prospicere ne dū periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crima vindicentur.

Ex Concilio Aurelianensi quinto: Ad diuinam gratiam referendum, est cum vota principum concordant animis sacerdotum. Ut dum sit Pontificale concilium normam viuendi teneat recapitulatio antiquam canonum, vt locus & tempus, quia est in quibuscunq; titulis veteribus adhærens noua constitutio sanctionum. Igitur clementissimus princeps triumphorum titulis in-

T 3

uictis-

299 DE DISCIP. ECCLES.  
uictissimus Dominus Childebertus cum pro amore sacræ fidei studio religionis in Aurelianensem urbem congregasset in unum Dominos sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacram est, & quod pro Ecclesiastico ordine promoueretur pastorali, & quod aduenientibus sit norma, & præsentibus sit disciplina, atque conueniens à præsenti tempore in posterum custodi (præstante Deo) signanter est titulis prænotatum. Canon 2. Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidem hominem, pro paruis & leuibus causis à communione suspendant, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri infierunt committentes. Cauon 9. Nullus ex laicis absque annua conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium à doctis & probatis viris, disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisque Episcoporum transcendere quacunque conditione præsumperit, anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus. Cano. 20.

Id etiam miseratione tua condiximus custodi ri, ut qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono seu à præposito Ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, vi necessitas vinctorum secundum præceptum diuinum misericorditer subleuetur, atque à Pontifice instituta fideli & diligenti persona, qua necessaria prouideat, competens victus de dono Ecclesiæ tribuatur. Canon. 21. His quoque (Deo propria) constitutis (quod præcipue in omnibus Patri concilijs habetur scriptum) congrua diffinitio ne san

ne sancimus, ut intra anni circulum unusquisque metropolitanus Episcopus, iunctis in unum locum comprovincialibus suis intra provinciam suam studeat habere concilium, ut aut si quæ excederint charitatis emendentur studio, aut si pax regalis, vel disciplina in cunctis (Deo adiuuante) permanferit, auctore bonorum omnium Deo de charitate, & præsentia gratulentur. Hæc ergo (Deo propitio) constanter & unanimiter definita seruantes etiam præteriorum statuta canonum, his decernimus ut (Christo auctore) deinceps inconuulsa vniuersa seruentur, ut mauente concorditer, quæ diuina inspiratione salubriter in præsenti tempore deforta sunt amodo & habeant vigorem, & custodiant charitatem. Canon. 23. Quod si gentilis Dominus faerit, aut alterius sectæ, qui à conuentu Ecclesiæ probatur extraneus, is qui seruum repetit, persona requirat bonæ fidei Christianū, ut ipse in persona Domini pro seruo præstet sacramentum, quia ipsi possunt seruare quod sacram est, qui post transgressionem Ecclesiæ metuant disciplinam.

## CAPUT V.

## Ex Concilio Pariensi secundo.

PLacere nobis, quod eum in monasteriū duxerunt, præsentibus etiam decretis unanimiter profitemur, & quia sine dubio culpas eius esse capitales canonum autoritate monstratur, vtique confessione propriæ linguae deiectioni ipse se fecit obnoxium. Igitur tam aperta confessione secundum

T 4

cundum

cundum sententiam canonum quæ de huiusmodi transgressione, in Aurelianensi synodo nuper habita sunt decreta, à metropolitano, cui redigendi actio vel ordinatio de comprouincialibus Ecclesiæ manet in memorata urbe scripta seretur, ac regulariter peragantur, ut disciplinæ modus maneat, & qui tanto ordini præsunt, adiuvante Christo bonæ vitæ autoritate viuentes, quæ secundum ordinem sacrum possitis ordinare prouideat, ut nec falsa obiectio culpæ maculet innocentes: & illi qui inuenti & comprobati in culpa fuerint, in nulla distictione habeatur immunes.

Ex Concilio Toletano tertio: Post damnationem hæresis Arrianæ, & fidei sanctæ Catholicæ expositionem, hoc sanctum præcepit concilium, ut quia à nonnullis vel hæresis, vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum Ecclesiæ canonicus prætermisssus est ordo dum & licentia abundaret transgrediendi, & disciplinæ optio negaretur, dum omnis excessus hæresis probaretur patrocinio, & abundantia mali temporis procusest districtio disciplinæ. At nunc pace Ecclesiæ Christi misericordia reparata, quod priscorum canonum autoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum, ut agatur omne quod præcepit fieri. Permaneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiasticos contra canonum statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri. Et qui prælumpserit,

seueri-

seueritate priorum canonum distringatur. Canō  
ii. Quoniam comperimus, per quasdam Hispani-  
arum Ecclesias, non secundum canonem, sed fœ-  
dissimē pro suis peccatis homines agere pœnitentia-  
tiam, ut quoties peccare libuerit, totiens à præs-  
byteris se reconciliari expositulent; & ideo pro  
coercenda tam execrabilī præsumptione, id à san-  
cto concilio iubetur, ut secundum formam cano-  
num antiquorum detur pœnitentia, hoc est ut  
prius eum quem sui pœnitentia facti à communio-  
ne suspensum faciat inter reliquos pœnitentes  
ad manus impositionem recurrere: Expleto au-  
tem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis  
cōtemplatio probauerit, eum communioni restituat.  
Hi verò qui propria vitia vel infra pœnitentia  
tempus, vel post reconciliationem relabun-  
tur, secundum priorum canonum seueritatem  
damnentur. Canon 12. Quicunque ab Episcopo,  
vel præbytero sanus vel infirmus, pœnitentiam  
postulat, id antè omnia Episcopus seruet, & præs-  
byter, ut si vir est, siue sanus siue infirmus, prius  
eum tondeat, aut in cinere & cilicio habitum mu-  
tare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Si verò  
mulier fuerit, non accipiat pœnitentiā, nisi prius  
aut velata fuerit aut mutauerit habitum. Sæpius  
enim laicis cum fœminis tribuendo desidiosè  
pœnitentiam, ad lamētanda rursus facinora post  
acceptam pœnitentiam, relabuntur. Canone 17.  
Ergo & sacerdotes locorum eorundem, in quibus  
sceleris huius immanitas peragit, sancta syno-  
dus præcipiendo conuenit, ut idem scelus cum in  
dice curiosius querant, & sine capitali vindicta a-

T 5

criori

criori disciplina prohibeant.

Ex Concilio Matisonensi primo: Canon 8. Ut nullus clericus ad iudicem secularem quemcumque alium fratrem de clericis accusare vel ad causam dicerdam trahere, quomodo cumque loco presumat, sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut in presbyteri, aut Archidiaconi praesentia finiatur. Quod si quicunque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit una minus de quadraginta ictus accipiat, si certe honoratio triginta dierum inclusione mulctetur.

Ex Concilio Matisonensi secundo: Canon 5. Omnes igitur reliquias fidei sanctae Catholicae causas, quas temporis longitudine cognouimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum reuocare, ne nobis simus aduersarij dum ea quae cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas est) silentio praeterimus. Leges namque diuinæ consulentes, sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum, pro hereditaria portione omni populo preceperunt, decimas fructuum suorum locis praestare, ut nullo labore impediti, per res legitimas spiritualib' possint vacare ministerijs, quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores legum, penè Christiani omnes ostenduntur, dum ea quae diuinitus sancta sunt, adimplere negligunt. Vnde statuimus ac decernimus, ut mox antiquus à fidelibus reparetur, & decimas Ecclesiasticis famulantibus ceremonijs populus omnis

nis inferat, quibus sacerdotes, aut in pauperum v-  
sum, aut captiuorum redemptionem prorogatis  
suis orationibus pacem populo ac salutem inpe-  
tent. Si quis autem contumax nostris statutis sa-  
luberrimis fuerit, à membris Ecclesiae omni tem-  
pore separetur. Canon 15. Et quia ordinatione sa-  
cerdotum (annuente Deo) congruit de omnibus  
disponere, & causis singulis honestum terminum  
dare, ut per hos reuerendissimos canones & præ-  
teriorum canonum viror, ac florida germina  
maturis fructibus enitescant, statuimus ut si quis  
quempiam clericorum honoratorum in itinere  
obuium habuerit, usque ad inferiorem gradum  
honoris vestranter (sicut concedet Christianum)  
illi colla subdat prout is officia & obsequia fide-  
lissima Christianitatis iure promeruit. Et si qui-  
dem ille secularis equo vehitur, clericusque simi-  
liter, secularis galerum de cap. auferat, & clero-  
syncerae salutationis munus adhibeat. Si vero cle-  
ricus pedes graditur, & secularis vehitur equo, i-  
licò ad terram defluat, & debitum honorem præ-  
dicto clero syncerè charitatis exhibeat, ut Deus,  
qui vera charitas est, in utrisque letetur, & dilectione  
sua utrumque asciscat. Qui vero horum aliqua, quae  
spiritu sanctu dictante sancta sunt transgredi vo-  
luerit, ab Ecclesia, quam in suis ministris de hono-  
rat, quadiu Episcopus illius Ecclesiae voluerit, sus-  
pendatur. Canon 16. Illud quoque rectum nobis  
visum est disponere, ut quae vxor subdiaconi, vel  
exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo secun-  
do se non audeat sociare matrimonio. Quod si fe-  
cerit, separetur, & in cœnobij puerarum Dei  
trada.

300 DE DISCIP. ECCLES.  
tradatur, & ibidem usque ad exitum vitaे permaneat.

Ex Concilio Romano i. Gregorius sanctissimus Apostolicus, ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maximè nimium dolens & ingemiscens dico, quia aliquot ex Christianis in occidentis partibus constitutos audio tenere contra catholicā fidem & contra patrum statuta agere, ita ut cōsecratas fēminas ducere prāsumat mulieres, & propinquas coniugio fortiantur. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque si vestræ placet sanitati, radicis uellere, nē seges boni agricolæ iniquorum iuxta horrentibus frutetis sordescat.

Ex Concilio Antifiodorensi: Cap. 20. Quod si presbyter (quod nefas est dicere) aut diaconus, aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacoно non intimauerit, integro anno non communicet. Canon 23 Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere prāsumpsierit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendauerit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit, ad penitentiam agendum in alio monasterio retrudatur. Canon 43. Quicunque index, aut secularis pr̄esbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, aut de iunioribus absque audience Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri iniuriam inferre prāsumpsierit, anno ab omnium Christianorum confortio habeatur extraneus. Can. 44. Si quis ex secularibus institu-

tionē aut commonitionem Archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit, tamdiu à liminibus sanctæ Ecclesiae habeatur extraneus, quamdiu tam salubrem institutionem adimplere studuerit, insuper & multam quam gloriofissimus rex Dominus præcepto suo instituit sustineat.

Ex Concilio Spalensi secundo: Capitulo 3. De fertorem autem clericum cingulo honoris atq; ordinationis suę exutum, aliquo tempore monasterio religari conuenit, sicque postea in ministerium Ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non proderit in talibus purgationibus alteri licetia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsequuta censura. Canone 7. Septimo examine relatum est nobis venerandissimum quondam Agaxium Cordubensis vrbis Episcopum frequenter chorepiscopos, vel præsbyteros destinasse, (qui tamen iuxta canones vnum sunt) qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent (quod quidem non est mirum, id præcepisse virum Ecclesiasticæ disciplinæ non ignaru) & statim à seculari militia in sacerdotale ministerium delegatum.

Ex Concilio Toletano quarto. Anno tertio, regnante Domino nostro gloriofissimo principe Sisenando, die Nonarum Decemb. dum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenadi Regis Hispaniæ atque Gallitiæ sacerdotes apud Toletanam vrbem in nomini Domini conuenissemus, ut eius imperijs atque iussis commoti à nobis agitaretur, de quibusdam Ecclesiæ discipli-

sciplinis tractatus, primum gratias saluatori nostro Deo omnipotenti egimus, post hæc antefato ministro excellentissimo & gloriolo regi, cuius tanta erga Deum deuotio extat, vt non solum in rebus humanis, sed etiam in causis diuinis sollicitus maneat. Hic quippè dum in basilica beatissimæ & sanctissimæ martyris Leocadiæ omnino nostrum pariter iam cœtus adesset, pro merito fidei suæ cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus primum coram sacerdotibus Dei humili prostratus, cū lachrymis & gemitibus professe interuenientium postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est, vt paternorum decretorum memores ad confirmando in nobis iura Ecclesiastica studium præberemus, & illa corrigere, quæ dum per negligentiam in usum venerunt, contra Ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus ergo eius monitis congaudentes, necessarium extitit, iuxta eius nostrumque votum tractare, quæ competit, siue in sacramentis diuinis, quæ diuerso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesijs celebrantur, seu quæ in moribus prævè usurpatæ noscuntur. Canone 3. Nulla penè res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi magis depulit quam sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos Ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis vniuersaliter definitum est, vt quia iuxta Patrum antiquæ decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non finit, saltem vel semel à nobis celebretur ita tamen, vt si fidei causa est, aut qualibet alia

alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ, & Gallitiæ synodus conuocetur. Si vero nec de fide, nec de communi Ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale erit concilium, prout vniuerscuiusque Provinciæ metropolitanus elegerit per agendum esse. Omnes autem qui causas aduersus Episcopos ac iudices, ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem concilium concurrant: & quæcumque examine synodali à quibuslibet prævè usurpata, inueniuntur, regis executoris instatia iustissimè hisquibus iura sunt reformentur, ita ut pro compellendis iudicibus, vel secularibus viris ad synodum metropolitani studio quidam executor à principe postuletur.

Canone 23. Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrij commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foueantur, ut & vita eorum a criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis resultauerint Monasterijs deputentur, ut vagantes animi, & superbi seueriori regula distingantur.

Canon. 26. Quando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primū professionem Episcopo suo facere, ut castè & pure vivant sub Dei timore, ut dum eostalis professio obli-

obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant. Canon. 28. Si quis Episcopus, aut præsbyter, sive diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruspices, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur, arte magicanam, aut aliquem eorum sublimia exercentem, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterij censuram excipiat: ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scilicet admissum sacrilegij soluat. Canon. 35. Episcopum per cunctas dioeceses parochiasque per singulos annos ire oportet, ut exquirat quo unaquaque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explorare nequieverit, præsbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum, & reparations & ministerium vitam inquirant. Canone 50. Quapropter monemus eos qui Ecclesijs præsunt, ut ultra talia non præsumant. Sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes quos præcipiunt canones, id est, monachos ad conuersationem sanctam præmonere, Abbates aliaque officia instituere, atque extra regulam facta corrigere. Canone 54. Quicunque ex secularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, & rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam ex qua recesserunt, reuocentur.

Quod si aliqui per pœnitentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertuntur, ut verò apostoli coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur.

nentur. Non aliter & hi quæ à parentibus seip-  
sos religioni deuouerunt, & posteà habitum sæ-  
cularem sumpserunt, vt ijdem à sacerdote com-  
prehensi ad cultum religionis acta prius pœni-  
tentia reuocentur. Quod si conuerti nō possunt,  
velut apostatæ anathematis sententiæ subijcian-  
tur. Quæ forma seruabitur etiam in viduis, vir-  
ginibusque sacris ac pœnitentibus fœminis, quæ  
sanctimonialem habitum' induerunt, & posteà  
aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transfe-  
runt. Canone 74. Post instituta quædam Ecclesi-  
astici ordinis, vel decreta, quæ ad quorundam per-  
tinent disciplinam, postrema nobis cunctis sa-  
cerdotibus sententia est, pro robore nostrarum  
legum, & stabilitate gentis Gotihorum Pontifi-  
cale ultimum sub Deo iudice ferre decretum.

Ex Concilio Toletano quinto. Canon. 2. Sum-  
ma autem nobis vigilantia, & grandi religionis  
cura prouidendum est, vt mala, quæ assidue pro-  
hibita perpetrantur, circumspæcta disciplina Ec-  
clesiastica extirpentur. Non enim est in cassum  
scriptum: Pestilente castigato stultus sapien-  
tior erit. Quamobrem quoniam præponderante  
onere delictorum, experientia penè semper, ac  
sæpè fieri dicimus, quod magnoperè vitare debe-  
mus, quod etiam custoditur, cum hoc quod diui-  
nis sacramentis spoondimus, temeritate non  
violamus, ideo frequenter compescendum, quod  
crebro inuenitur transgressum. Cano. 3. Inexper-  
tis & nouis morbis nouam decet inuenire me-  
delam.

Ex Concilio Toletano 6. Cano. 4. Sæpè pullu-

V lantia

Iantia prauitatis germina, licet sæpiissimè Patria justa nouerimus seueritate damnata, quia tamen crebris conspicuntur denuò vigore radicibus iustitiae acriore vigore radicitus amputare sanctimus.

Ex Concilio Bracarensi primo. Can. 18. Propositis his capitulis & relectis. Lucretius Episc. dixit: Quoniam etiam ea quæ à Catholicis abominata sunt & damnata, manifestius & apertius etiam ignorantibus declarata sunt, necessariū post hac arbitror, si vestræ sanctitati videtur, ut instituta nobis sanctorum Patrum, recensitis antiquis canonibus innotescant: quæ & si non omnia, certè vel pauca quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Canone 38. Item placuit, ut ex laico ad gradū sacerdotij antè nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum vel diaconatus, disciplinam Ecclesiasticam discat: & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut qui nondum didicit, iam docere presumat & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

Ex Concilio Bracarensi 2. Martinus Bracarensis Ecclesiæ Episc. dixit. Inspiratione hoc Dei credimus prouenisse sanctissimi Patres, ut per ordinationem glorioissimi filij nostri regis, ex utroque Concilio conueniremus in unum, ut non solum de visione alterutra gratulemur, sed etiam ea, quæ ad ordinationem & disciplinam Ecclesiasticam pertinent, pariter colloquamur. Scriptū est enim in Euangelio dicente domino: Vbi cun-

que

que fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum, Nitigis Lucensis Ecclesiae Episcopus dixit: Nec aliud potest credi, nisi ea quae ad utilitatem nostrarum pertinent animarum diuina inspiratione & inchoari & perfici oportere. Et ideo vnanimes omnes atque id ipsum, in duo sentientes, quæcunque ad instructionem nostram pertinent, in medium prolatæ desideramus agnoscere.

Martinus Episcop. dixit: Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primum in Ecclesia Bracarensi Episcoporum concilium congregatum est, post multa quæ ad concordiam rectæ fidei fuerant roboreata, aliqua etiam quæ regulæ sanctorum canonum continent discretionem firmauimus. Quorum utilitas, ut possit euidentius in memoriam reuocari, ipsa (si vobis placet) epistola vestra in præsentia relegatur. Omnes Episcopis dixerunt. Oportet omnimodè, ut in omnium auribus, qui hic assistunt, recitetur. Recitationis ergo capitulis superioris Concilij, quæ prolixitatem ficerent, his gestis minimè sunt inserta. Martinus Episcop. dixit: Hæc ergo quæ modo sunt recitata, quæ nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa auxiliante Deo directa sunt, ut suam inuiolabiliter obtineant firmitatem. Quæ autem tunc in memoriam non venerunt, aut onerosum fuit, in illo primo Concilio multa simul ingerere, necessarium videtur, modo ad notitiam sanctæ charitatis deferri eo specialiter prospectu, ut spirituali ventilata examine purgentur. Sancti enim Patres præcessores

V 2 nostri

308 DE DISCIP. ECCLES.  
nostri, aut generales synodos vndiq; colligi, pro  
vnitate rectæ fidei fecerunt, sicut in Nicæa con-  
tra Arrium trecenti decem & octo, & in Consta-  
tinopoli centum quinquaginta contra Macedo-  
nium, & in Epheso contra Nestorium ducenti, &  
in Chalcedonia contra Eutychen sexcenti trigen-  
ta aut certè speciales synodos per suas vnuſquis-  
que Prouincias, pro reſecandis contentionibus,  
vel emendandis aliquorum negligentijs, colle-  
gerunt, & prout excessus culparum, aut qualis-  
cunque excessus exegit, per singulas, quasque di-  
uinæ canonum sententias, mediâte inter eos Dei  
spiritu conscripserunt, quas oportet nos relege-  
re & tenere. Et quia opitulante Christi gratia,  
de vnitate & rectitudine fidet in hac Prouincia  
nihil est dubium, illud nobis modo ſpecialius eſt  
agendum, vt ſi quid fortasse extra Apostolicam  
disciplinam per ignorantiam, aut per negligen-  
tiā reprehensibile inuenitur, in nobis recurren-  
tes ad testimonia ſanctorum scripturarum, vel  
antiquorum canonum instituta, adhibito com-  
muni conſensu, omnia quæ diſplicuerint, ratio-  
nabili iudicio corrigamus.

Ex Concilio Toletano 7. Magis que ſemper eſt  
magnoperè prouidendum, quicquid vel Ecclesi-  
asticis moribus, vel publicæ utilitati, (ſine qua  
queti nō viuimus) oportunum eſſe perpenditur.  
Nam licet & ante conſtitutiones canonum ex-  
tent, quæ ad omnem poſſunt correctionem ſuffi-  
cere, ſi quis eas dignetur libenter attendere, tan-  
to tamen luminis claritas A postolici magis emi-  
cat, quanto fuerit ſtudioſius ſapissimè cōrectata.

Non



Non parum proficit ad emendationem multorum, si dum ea quæ constituta sunt, per fraternalm collationem ad memoriam reducantur, & illa etiam adjiciantur, quæ aut deesse videntur, aut omnino constituenda competenter existimantur. Quis enim nesciat, quanta sint hactenus per tyrannos, & refugas, transferendo se in externas partes, illicite perpetrata, & quam nefanda eorum superbia iugiter frequentata, quæ & patriæ diminutionem afferrent, & exercitui Gotiorum indesinenter laborem imponerent. Quod si quidem laicorum insaniam suisset factum, tolerandum à nobis forsitan aliquoties videretur. Illud tamen est vehementius stupendum, quia (quod peius est) tanta ex religionis proposito in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, ut ad non leuem confusionem nostram pertineat, si res nullatenus inulta remaneat, quam & mundana lege & Ecclesiastica conuenit instanter disciplina corrigere.

Ex Concilio Toleta. 8. Regendorum membrorum causa, salus est capitis, & felicitas populi. Canon. 3. Proinde quia & usitatum est tantum malum, & maiorum frequenter constat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri cancroso ignitum (quod supereft,) adhuc iniijcimus ferrum.

Canone 10. Nos quoq; membra capitis huius & perfidiæ malum, & concupiscentiam, quæ radix maiorum est omnium, & auaritiam, quæ inuenitur seruitus idolorum, pari simul igne ac mucrone, totoq; artificio radicitus euellamus

ac deseremus. Ex Concilio Nono Toletano: Sed quia nequaquam recte subditos iudicat, quin non seipsum prius iustitiae censura castigat: aptum nobis & expedibile visum est, arcte nostris excelsibus imponere modum, & sic errata corriger subditorum. Tunc namque melius iudiciorum exordia ducuntur, cum vita iudicum ante disponitur, eo quod potius iudicij forma compleatur, cum negotiorum principijs equitas iudicantium antefertur.

Ex Concilio decimo Toletano: Canone 5. Omnibus foeminis quae iam in praeteritum religionis veste probantur induitae fuisse nihil excusationis valeat in oppositionem quaelibet obiectio, quamuis diuersis ac callidis adumbrare te velint fallaciæ argumentis, sed ad sacratissimam sanctiōnem disciplina sanctior eas teneat religatas atq; subnexas.

Ex Concilio Cabilonensi Cano. II. Peruenit ad sanctam synodum, quod iudices publici contra veteranam consuetudinem, per omnes Parochias vel monasteria, quas Moses Episcopus circuire consuevit, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere: etiam & clericos vel Abbates, ut corā eis compareant, iuuitos atque districtos ante se faciant exhiberi. Quod omnimodo religioni non conuenit, nec canonum permittit authoritas. Unde omnes unanimiter censuimus, sententiantes ut deinceps ista debeant emendare. Et si præsumptione vel potestate, qua possunt, excepta iuinatione Abbatis aut Archipresbyteri, in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortasse prætulperint,

ripi, à cōmunione omnium sacerdotum eos conuenit sequestrari. De oratorijs quæ per Villas fiunt, nonnulli ex fratribus & Episcopis nostris residentes in sancta synodo, querimonias detulerunt, quod oratorium per Villas potentum iam longo constructorum, tempore & facultatum ibidem collatarum, ipsi quorum Villæ sunt, Episcopi administrationi contra dicant, ita ut nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deseruiunt ab Archidiacono coerceri permittunt. Quod conuenit emendari, ita duntaxat, ut in potestate sit Episcopi & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata qualiter ad ipsa oratoria & officium diuinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quod si quis contradixerit iuxta pri-scos canones cōmunione priuetur. Can. 18. Quod qui inuentus fuerit faciens, sub disciplina distinctionis omnimodo corripiatur. Canon. 19. Multa quidem eueniunt, quæ dum leuiter corriguntur, saepius ad maiora descendunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per dedications basilicarum, aut festiuitates martyrum ad ipsa solemnia confluentes, chorus fœmineus tur-pia quidem & obsecna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Vnde conuenit, ut sacerdotes loci, talia à septis basilicarum vel portionibus ipsarū ac etiam ab ipsis atrijs vetare debeant & arcere. Et si voluntariè noluerint emendare aut excommunicari debeant, aut disciplinę aculeum sustinere.

Ex Concilio Toletano undecimo : Eramus enim hucusq; pro labentis seculi colluione insta-

biles; quia annoſa ſeries temporum, ſubtracta lu-  
ce conciliorum, non tam vitia auxerat quam ma-  
trem omnium errorum ignorantia ocoſis men-  
tibus ingerebat. Haec tenus enim florentem Do-  
mini vineā deuauauerunt apri frendentes: ſpon-  
ſam Christi, quam ſui pretioſiſſimi ſanguinis ef-  
fuſione conciliauit, conſpurcare & polluere co-  
nata eſt hæreticorum ſubdola machinatio, & in-  
consutilem Domini veſtem diuidere, vnitatem  
fidei ſcindere, charitatis tollere fomenta, cum  
ſuo proprio pertinaciter ſenſui volens inherere,  
ſacrae Icripturæ puritatem ſuę prauitatis intel-  
ligentia prophanet. Præterea ſacrosanctam Ec-  
clesiam Dei vulnerable etiam custodes eius, qui  
cum deberent ob dignitatis excellentiam cae-  
ros per ſuę virtutis inuitationem prouocare ad  
charitatis & vnitatis obſeruantiam, tanquam fal-  
infatuatum, potius ſcandali, quam ædificationis  
dant materiam. Hinc cernentibus quomodo Ba-  
bylonicæ conſuſionis olla ſuccenſa nunc tempo-  
ra auerſeret Conciliorum, nunc ſacerdotes Do-  
mini de reſolutis moribas irretiret: purpurat  
enim meretricis ſequabantur incitamenta, quia  
Ecclesiastici conuentus non aderat disciplina,  
nec erat qui errantium corrigeret partes, cuſer-  
mo diuinus haberetur exolus. Et quia non erat  
adiuuanctorum Pontificum uilla præceptio, cres-  
cebat immanis vita deteriorum. Cum tandem  
diuina clementia, operib. manuum ſuarum pro-  
conditione condolens praua in directa reducens,  
ſuū sanctū Sabaoth nouis propaginibus ac præla-  
tis nouellis fœcundare volens, negligentie ſur-  
rogans

rogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam  
immittens, pro socordia solertiam, pro schisma-  
te unitatem inducens, pro Zizania veræ pacis vin-  
culturum largiens, pro caducis cœlestium desideria  
infundens, pro turpibus honesta sectari stimu-  
lans, à terrenis & infirmis ad sublimia erigēs nos,  
in hac lachrymarum valle potius morientes quā  
viuentes, in hoc vasto periculorum mari vagan-  
tes sine remige, sine clavo huc illucq; tempestatū  
fluctibus per abrupta collisos, in continua malo-  
rum acie confligentes, vbi nos circumstant mille  
discrimina, vbi versatissimus insidiator hostis,  
mille nocendi artibus instructus: ex alto cœli  
domicilio respiciens, & temporī ætatis nostrę se  
occursuram præbuit & saluti, præparans nostris  
seculis religiosi principis mentem deuotam, pa-  
riter & instructam. Cuius prouidæ solicitudinis  
voto & lux Conciliorū renouatorū resplenduit,  
& alterna charitas se mutuò in corrigendis vel  
instruendis moribus excitauit, dum & aggregan-  
di nobis hortatu principis gloriosi facultas da-  
ta est, & opportuna corrigendis præparata est di-  
sciplina, & qui decursis longe ante temporibus  
post decem & octo scilicet labentium annorum  
excussum, in vnum meruimus aggregari conuen-  
tum, mereri possimus spiritali gratia sanitatem.  
Nec enim nostris iste alienus est à salute. Sic  
quippè mulier illa in Euangelio, ter senis anno-  
rum excusibus curua, quæ figuram totius huma-  
ni generis gestabat, sub sacramēto huius numeri  
saluti pristinæ redonatur. Nos ergo per tot an-  
nos curuo nostri ordinis persistente statu, in co-

V 5

quod

quod nulla nos Conciliorum definitio iungeret, nullus etiam conuentus Ecclesiastici ordinis ad unaret, tandem diuinæ voluntatis imperio, & religiosi principis iussu, euocati in Toletanam urbem conuenimus. Canon 3. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus, apud Metropolitanū sub poenitentiæ mensura permaneat corrigendus, quatenus apud illum & præteritæ trægredionis culpam lachrymas diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiosè addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ non solum metropolitanus totius suæ provinciæ Pontifices vel sacerdotes astrin-gat, sed etiam cæteri Episcopi subiectos sibi Ecclesiarum rectores, obtemperare his institutionibus cogant. Canon 7. Cum iuxta antiquæ institutionis edictum, plus erga corrigendos agere debeat benevolentia, quam seueritas; plus cohortatio, quam commotio: plus charitas quam potestas: relatum est nobis, quod quidam ex fratribus plus liuore odij quam correctionis studio subditos in sequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretâ subito afferunt mortem, cum inauditos à se projiciunt, & illicitis eos iudicijs sub poenitentia puniunt. Non ergo cetero peruersis voluntatibus sit liberum, simulare quod fingunt, sed quotienscumque quilibet ex subditis corrigendus est aut publica debet à sacerdote disciplina curari: aut si aliter rectoribus placet duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito & modus criminis agnoscatur, & modus poenitentiæ irrogetur: ita tam

men ut si exilio vel retrusione dignum esse cog-  
nouerit, aut quid aliud peculiare decreuerit, mo-  
dus pœnitentiæ quam coram tribus fratribus sa-  
cerdos transgressor iudixerit, speciali debeat e-  
ius qui sententiam protulit, manus propriæ sub-  
scriptione notari. Sicque fiet, ut nec transgresso-  
res sine testimonio excidiū vitæ suæ incurvant:  
nec rectores accusatos se de quorumlibet inter-  
emptionibus erubescant. Canon 10. Quanquam  
omnes qui sacris mancipantur ordinibus, cano-  
nicis regulis teneantur astricti: expedibile tamen  
est, ut promissionis suæ vota sub cautione spon-  
deant, quos ad promissionis gradus Ecclesiastica  
probat disciplina. Solet enim plus timeri quod  
singulariter pollicetur, quam quod generali spō-  
sitione concluditur. Et ideo placuit huic sancto  
Concilio, ut unusquisque qui ad Ecclesiasticos  
gradus est accessurus, non ante honoris consecra-  
tionem accipiat, quam placita sibi annotatione  
promittat, ut fidem Catholicam sincera cordis  
deuotione custodiens, iuste & piè vivere debeat,  
& ut in nullis operibus suis, canonicis regulis  
contradicat, atque ut debitum per omnia hono-  
rem atque obsequij reuerentiam præminent, sibi  
unusquisque dependat, iuxta illud beati Papæ Le-  
onis edictum: Qui se scit aliquibus esse præposi-  
tum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatū:  
sed obedientiam quam exigit, etiam ipse depen-  
dat.

Pœna tamen iuxta Ecclesiasticæ consuetudinis  
morem, & placitis talium inferenda, & ab his  
qui transgressores fuerint persoluenda est.

Can-

Canone 16. Post hæc religioso domino nostro & amabili principi nostro VVambano regi, gratiarum actiones persoluimus, cuius ordinatione collecti, cuius & studio aggregati sumus. Qui Ecclesiastice disciplinæ his nostris seculis, nouus reparator occurrens, omissos Conciliorum ordinés non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, ut ad alternam morum correctionem annuo tempore a. Iacriter concurrentes, iuxta prophetæ vaticiniū, quod in nobis defractum est, allegetur: & quod abiectum est, reducatur,

Ex Concilio Bracarense tertio: Post huius sanctæ fidei sacramentum, relatus est in concione omnium nostrum error manifestus pariter & diversus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta & peruersitate comprobatur infundi. Canon. 6. Cùm beatus Apostolus arguere obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam, nouimus quosdam ex fratribus tantis cædib. in honoratos effruescere, quantas poterant latrocinantium promererri personæ. Et ideo qui gradus iam Ecclesiasticos meruerunt, id est, præsbyteri, Abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, ut paſſim unusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit & ei placuerit, verberibus subijciat & dolori: nedum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dixit: Leuiter castigatus, reue-

reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autē nimia& increpatio, nec increpatiōnem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter quam dictum est prædictos honorabiles subditos licentia perceperit potestatis elatus, malitia animi tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberū quæ intulerit, excommunicationem pariter & exilij sententiam sustinebit.

Ex Concilio Toletano duodecimo: Can. 7. Omnis disciplina sic subiectos debet arguere, ut spem veniae non videatur auferre nec funditus curuationis indicere iugū, sed in tempestate semper adhibere consilium.

Ex Concilio Toletano 13. Communi vigore iustitiae & temperamento misericordiæ dirimere procuretis, quo cùm omni reuerentia Patrum præcedentiū regulis subditi, totius vnanimitatis vestræ sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat. Sicque & his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissimè apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis Ecclesiasticæ regulæ disciplinis & ditimenda tractetis, & dirempta religiosioribus diligenter confribatis.

### C A P V T VI.

Ex Concilio Romano, sub Gregorio Papa  
3. celebrat.

**Q**uod oportunum est spiritali amputare mu-  
crone atque si vestræ placet sanctitati, radi-  
citus euelli, ne seges boni agricolæ, zizaniorum  
iuxta

iuxta horrentibus frutetis sordescat. Sanctissimi Episcopi seu venerabiles responderunt: Verè cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus vestri succensū, & ut radicitus tantæ miseriae squires à fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseria oblerato salutari antidoto curetur, sicut prœuisum est, interdictione anathematis, ne denuò hoc quipiam Romanus, Longobardus vel cuiuscunq[ue] sit gentis, sacriq[ue] baptismatis vnda lotus attenteret, ut non tali piaculi mole oppressus, præcipitatem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus euellatur.

Ex Synodo Francica: Et ut Monachi & ancillæ Dei monasteriales, iuxta regulam sancti Benedicti, coenobia vel xenodochia sua ordinare gubernare, & viuere studeant, & vitam propriam degere secundum prædicti Patris ordinationem, non negligant.

Ex Concilio Arelatensi 3. Canone 1. Sanctæ enim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam Ecclesiasticam moresque male errantium componendos necessaria sunt, vnanimitatis nostræ articulum flectere, & quæ oportuna sunt discretis capitulis diffinire oportet.

Ex Concilio Turonensi, Canone 25. Monasteria Monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti patris conseruabatur, sed nunc fortè qualicunque negligentia surrepente, remissius ac dissolutius custoditur, vel certè penitus abolita negligitur, bonum videtur, ut ad pristinum reuertantur statu

&amp; Ab-

& Abbates eorum in eodem habitu ac vita, quam ipsa regula præcipit eos incedere viuere studeat: quoniam aliqua sunt Monasteria, in quibus iam pauci sunt monachi, qui prædicti patris regulam suis Abbatibus promissam habeant, quippe cum ipsis Abbates magis canonice quam monachice inter suos conuersari videntur.

Ex Concilio Cabilonehs, Canon 2. ut ea quæ legendō perscrutantur, opere compleant, iuxta illud: Coegit Iesus facere & docere. Et illud: Et memoriā tenentibus ut faciant ea. Et illud: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt ea. Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Et, quia non auditores legis, sed factores eius iustificabuntur. Et Regnum Dei non in sermone, sed in opere. Et sint subditis norma viuendi, ita videlicet, ut & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, ut vita eorum & doctrina nequam discordent: sed quæ dicunt, faciant, & quæ faciunt docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneat, & falce iustitiae è creditum mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fœcunditatē producant.

Canon 15. Dictum est etiam, quod in plerisque locis Archidiac. super præsbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis census exigant, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim Episcopi, iuxta Petri Apost. sententiā, non debent dominantes esse in clero, sed forma facti gregis ex animo:

multo

multo minus isti hoc facere debent, sed contenti  
sint regularibus disciplinis, & teneant propriam  
mensuram. Et quod eis ab Episcopis iniungitur,  
hoc per parochias suas exercere studeant, nihil  
per cupiditatem & auaritiam præsumentes. Ca-  
non. 18. Dicatum est nobis, quod in quibusdam lo-  
cis Episcopi & comites ab incestuosis, & ab his  
qui decimas non dant, vades accipient, & à præ-  
byteris pro quibusdam negligentijs, & inter se  
pecuniam diuidant: quod penitus abolendū de-  
creuimus, ne forte auaritiae locus detur. Et con-  
stituimus, vt incestuosi iuxta canonicam senten-  
tiā pœnitentia mulctentur. Canone 22. De Ab-  
batibus verò & monachis idcirco hic paucā scri-  
bimus, quia penè omnia monasteria regularia  
in his regionibus constituta, secundum regulam  
Sancti Benedicti se viuere fatentur, quæ beati Be-  
nedicti documenta per omnia demonstrant, quā  
liter eis viuendum sit. Canon. 25. Pœnitentiam a-  
gere iuxta antiquam canonum constitutionem,  
in plerisque locis ab vsu recessit, & neque excom-  
municandi, neque reconciliandi antiqui moris  
ordo seruatur, vt à Domino Imperatore impe-  
tretur adiutorium, qualiter si quis publicè pec-  
cat, publica mulctetur pœnitentia: & secundum  
ordinem canonum, pro meritō suo excommuni-  
cetur, & reconcilietur. Canone 34. Si ergo medi-  
ci, qui corporibus medicinam inferre conantur,  
nequaquam propter personæ cuiuslibet acceptio-  
nem, his quos sanare cupiunt cauterio, aut ferro,  
aut duris alijs quibuslibet rebus parcunt: multò  
magis id ipsum his obseruandum est, qui non cor-  
porum,

porum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est poenitentia quantitate temporis sed ardore mentis & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non spernit. Canon 37. Cum igitur omnia Conclavia canonum, qui recipiuntur sint a sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis viuendum, & praedicandum: necessarium duximus ut ea quae ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitijs & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo praedicetur. Canon. 38. Modus autem poenitentiae peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctorum scripturarum autoritatem, aut per Ecclesiasticam consuetudinem (sicut superius dictum est) imponi debet, repudiatis ac petitus eliminatis libellis, quos poenitentiales vocant quorum sunt certi errores incerti autores. De quibus recte dici potest: Mortificabant animas quae non moriuntur, & vivificabant animas quae non viuebant. Qui dum pro peccatis grauibus leues quosdam & insicatos imponunt poenitentiae modos, consuunt puluillo, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ etatis ad capiendas animas. Canone 51.

Quia ergo conuenit in Ecclesia diuersarum conditionum homines esse, ut scilicet nobiles & ignobiles, ierui, coloni, inquilini, & cetera huiuscmodi nomina: oportet ut quicunque prelati sunt, clerici siue laici, clementer erga eos agant &

misericorditer eos tractent, siue in exigendis ab eis operibus, siue in accipiendo tributis & quibusdam debitibus: sciant quoque eos fratres suos esse, & vnum secum habere Patrem, qui clamant: Pater noster qui es in cœlis: vnam matrem sanctam Ecclesiam, quæ eos intemerato sacrificantis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima & gubernatio oportuna adhibenda est: disciplina ne indisciplinatè viuendo, authorem suum offendat: gubernatio, ne in quotidianis vitæ commatibus prælatorum adminiculo destituti, fastiscant.

Ex Concilio Aquisgranensi I. Cano. 134. Quanquam contemptores canonicarum institutionum, Episcopali præcipue iudicio plectendi sunt, qua poena (vt ait B. Augustinus) in Ecclesia nulla maior esse potest: demonstrandum tamen est, quallem cæteri prælati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur, in locis sibi commissis, vbi canonice viuitur, erga subiectos quosque delinquentes, & ea quæ propriè ad eorum propositum pertinent, obseruare nolentes, adhibere debeant correctionis modum. Sed quia omnis ætas, vel vniuersusque intelligentiae capacitas, proprias debet habere mensuras, & iuxta modum culparū mensura extendenda est correptionis: Et hæc omnia iure pendent in prælatorum iudicio, quo & discretiſſimè temperanda lunt, necesse est, vt ijdem prælati, circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum scilicet, vt adhibita magna correctionis cura, qnod cuique congruat, quodque conueniat, adhibeant. Hoc summoperè perpendentes,

dentes, ut iuxta quantitatem vulnerum, exhibeant sombra curationum, quatenus, nec alteri subrahant, quod iuuat.

Omissis igitur his, quorum ætati delinquenti parcendum non est (led potius iuxta Salomonem) eorum latera ne indurescant virgis assidue tundenda sunt: quomodo erga cæteros delinquentes, iuxta authoritatem diuinam & sanctorum Patrum exempla traditionesq; id fieri oporteat strictim breuiterque ostendatur. Si quis frater in congregazione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit: Ecclesiamque non religiosè sed pompatice vel incompositè intrauerit & opus Dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam à magistris sibi iniunctam agere recusauerit in legendō vel cantando, vel in cæteris Ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studium non adhibuerit: ad missam non necessitate, sed vitio tardè occurrerit: è claustris sine licentia exierit: per licentiam verò egressus, extra constitutum siue placitum moras fecerit in plateas ire, aut in biuijs residere tentauerit: in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis, aut actibus perpetraverit: alicubi nisi in dormitorio cum cæteris absque causa ineuitabili dormire præsumperit: fratribus charitatis officio obedienter servire neglexerit discordiam, quam (dicente scriptura) Dei anima detestatur inter fratres seminauerit, & huic institutioni contumax aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrarius extiterit, cæteraq; huiusmodi agere tentauerit: hic

X 2

primo

324 DE DISCIPL. ECCLES.  
primo secundum Domini præceptum non solū  
semel, aut secundo, aut tertio, quinimò crebrius  
admonetur: Et si his admonitionibus non cesse-  
rit, publica obiurgatione corripiatur. Quod si &  
his reuifus fuerit, cæteris fibi alimentis interdi-  
ctis, pane tantum, usque ad dignam satisfactio-  
nem, vtatur, & aqua. Si verò nec sic se correxerit  
separetur à mensa, & à societate fratrum in cho-  
ro psallentium remoueatur, & seorsum in loco  
huiusmodi negligenter à prælatis constituto sta-  
re cogatur, ut saltem rubore sequestrationis e-  
mendetur. Deinde si his modis correptus, incor-  
rigibilis extiterit, & ætas permiserit, quia (iux-  
ta Salomooem) stultus verbis non corrigitur, co-  
grua verberum adhibeatur castigatio, quibus ut  
potè filius verberetur, quatenus (secundum B.  
Gregorij sententiam) qui iubentis verba non au-  
diunt, verberibus admoneantur, ut ad bona des-  
deria poenæ trahant, quos præmia non inuitant.  
Cæterum si talis fuerit, quem aut ætas, aut qual-  
itas personæ verberari non sinit publica obiur-  
gatione, & ieuniorum continua afflictione, &  
sequestrationis rubore huiusmodi corripiatur,  
usque dum digna penitentiæ satisfactione venia  
consequatur. Si verò vterque, & qui flagella-  
tur, & quem flagellari ætas, aut qualitas personæ  
prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint, sit lo-  
cus intra claustra canonicorum, sicut multis in  
locis noscitur esse, quod ad temporis retruden-  
tur & secundum modum culpæ castigentur: ut  
iuxta Apostolū, traditi Sathanæ in interitum car-  
nis spiritus saluus sit in die Domini. Quod si et-  
iam

iam tot saluberrimis admonitionibus & castigationibus necdum paruerint: siat pro eis ab omni congregatione communis oratio, ut à Domino sa- nentur. Postremò si inemendabiles & incorrigi- biles apparuerint, ne per plures eorum dira ser- pent contagia, ncceſſe est vt à cæterorum socie- tate, vt potè oues morbidæ secretæ, ante præ- ſentiam deducantur Episcopi, vt ab eo canonica authoritate publicè damnentur. Si verò quis in collegio canonicorum culpm̄ criminalem ad- miferit, huic nulla est danda dilatio, quin aut ſponte poenitentiam pro admiffo crimine gerat, aut si id agere recufauerit, coram Episcopo de- ducatur, vt ab eo publica mulctetur poeniten- tia.

Meminiffe enim oportet rectores quia colum- ba est in diuinis scripturis Ecclesia appellata, quæ non vnguibus lacerat, sed alis piè percutit. Vnde etiam illis ſummo per obſeruandum eſt, vt (ſicut præmiſſum eſt iuxta modum culparum, & personarum, atque etatū), omnino ipfa tem- perata ſit correptio, vt nec vitium desidiæ inole- ſcat, nec correptio mansuetudinis modum exce- dat: ne (vt ait B. Maximus) aut ſolutior leuitas conuiuentiam præbeat peccanti, aut immo- derata ſeueritas à lapsu non reuocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilominus cauendum eſt, ne er- rata delinquentium, alicuius rei liuore feriant: ſed potius (vt B. Auguſtinus) ſint criminum per- ſcrutores, & hominum liberatores. Oderint vi- cia, diligent homines.

Oderint quod instinctu Diaboli ingestum est: diligent quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum & virgam: baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates spiritu-liter sustineant: virgam vero qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea, & excommunicatis fratribus nequaquam debent ceteri fratres fauere, aut eos suis adulatio-nibus decipere, aut eorum errata defendere, sed potius opem ferre, ut æquitatis censura districtè corrigantur. Canon. 35.

Solerter rectores Ecclesiarum vigilare oportet, ut pueri & adolescentes, qui in congregacione sibi commissa nutriuntur, vel erudiuntur, ita iugibus Ecclesiasticis disciplinis corrigan-tur, ut eorum lasciva actas & ad peccandum valde propclini, nullum possit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemo-dicustodiendis, & spiritualiter erudiendis, talis à prælatis constituendus est: virgē probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissimè constringat, qualiter Ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritualibus induiti, & Ecclesiæ utilitatibus decenter parere, & ad gradus Ecclesiasticos quandoque dignè possint promoueri. Libuit præterea ob ædificationem congruam, & instructionem negotij de quo agitur quandam sanctorum Patrum sententiam huic operi miserere, quæ ita se habet. Prona est omnis actas ab adolescentia in malum. Nihil incertius, quam vita adolescentium, Ob hoc constituendū oportuit, ut si quis in clero puer est, aut adolescen-

centes existunt, omnes in uno conclavi atrij commorentur, ut lubricæ ætatis annos, nō in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & integrum doctrinæ & testem vitæ habeant. His ita præmissis oportet, ut probatissimo seniori pueri ad custodendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater verò, cui hæc cura committitur, si eorum curam parui penderit, & aliud quam oportet, docuerit, aut eis in aliquo cuiuslibet læsionis maculam ingesserit, seuerissimè correptus, ab officio amoueatur & fratri aliij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet, & ad opus bonum peragendū excitet. Ex Concilio Ticinensi: De Monasterijs autem virorum seu foeminarum, quæ secundum regulam sancti Benedicti, vel secundum canoniam authoritatem disposita esse debent quia inspiratio omnipotentis Dei (credimus) cor veteri moderamine incitauit ipsi gratias referimus. Nam quod iam maxima ex parte ordinem suum amiserint, omnibus est manifestū. Quæ vt ad pristinum reducantur, in Domini ac genitoris vestri, ac vestra gloria dispositione consistit. Ex Concilio VVormatiensi. Canon. 25. Pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulatim considerare, originem quoque modum culparum & affectus generitusque delinquentium diligenter examinare, manufestaque cognoscere, temporum etiam & personarum locorum quoque & ætatum qualitates.

'DE DISCIP. ECCLES.  
tates inspicere, ut etiam pro consideratione lo-  
corum, ætatum vel temporum seu pro qualitate  
delictorum atque gemitum vanescijsque de-  
linquentis, à sacris regulis oculos non reflectat.  
Canone septuagesimo nono, Vt Episcopi ince-  
stuosos punire & inuestigare studeant, omnino  
decreuimus. Qui si pœnitere noluerint, de Ec-  
clesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuer-  
tantur. Quod si sacerdotum noluerint admoni-  
tionibus aurem accommodare, volentes in pri-  
stinijs perdurare criminibus, oportet eos per se-  
cularis potentiae disciplinam à tam praua con-  
suetudine coerceri.

Ex Concilio Romano sub Nicolao primo ha-  
bito: Quia igitur vsque adeò hæc venenata per-  
nices hactenus inoleuit, vt vix quælibet Ecclesia  
valeat reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex  
parte corrupta: eos qui vsque modo gratis sunt à  
Simoniacis consecrati, non tam censura iustitiz,  
quām intuitu in acceptis ordinibus manere per-  
mittimus: nisi fortè alia culpa ex vita eorum con-  
tra canones eis existat. Tanta quippe talium mul-  
titudo est, vt dum rigorem canonici vigoris su-  
per eos seruare non possumus: necesse fit vt di-  
spensatione ad piæ condescensionis studium no-  
stros animos ad præsens inclinemus.

Ex Concilio Moguntiacensi secundo. His verò  
breuiter prælibatis, ponamus ante oculos adhuc  
peccatorum nostrorum vulnera, & congrua eis  
quæramus medicamina: Can. 7. Vnde visum est S.  
Concilio, ne in antea talia existant, iaculo spi-  
ritali eos percutere: vt si quis clericu[m] aliquam  
in illis.

iniuriam seu calumniam ingesserit, à līminibus  
sanctæ Ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam fa-  
tisfactionem.

Ex Concilio Triburiensi: Celebratum est sub Imperatore Arnulpho, à viginti duobus Episcopis Germanorum, Triburiæ Concilium, anno incarnationis Domini 895. tam sancta sanè intentione & diligentia, ad resecandum omnem palmitatem inutilem, ad extirpādam cuiuslibet hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum scandala, breuiter ad reformandos mores & status non modò clericorum sed & laicorum, ut Gratianus pleraque eius capitula, diligenti studio recitauerit in volumine decretorum Canone 30. In memoriam B. Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitas, esse debeat regula Ecclesiastice religionis. Canone 37. Quidam de sapientibus ait: Premit insontes debita sceleri noxia poena, iustusque tullit crimen iniqui. Canone 40. Idcirco acutissimo ferro, & totius generis artificio resecanda, per quæ cælestia regna sunt occludenda.

Ex Concilio Saleguntstadiensi, Canon 17. Et illud sub anathemate præceptum est, vt nullus præbyterorum cuiquam penitenti Carrinam diuide re præsumat, si infirmitas non interuenerit. Can. 18. Quia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, poenitentiam à sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maximè confisi, vt Romam euntibus Apostolicus

licus omnia sibi dimittat peccata. 5. visum est Co-  
cilio. ut talis indulgentia illis non prospicit, sed prius  
iuxta modum delicti, poenitentiam sibi datam  
suis sacerdotibus adimpleant: & tunc Romani-  
re si velint ab Episcopo proprio licentiam & li-  
teras ad Apostolicum de iisdem rebus deferendas  
accipiant. Canon 19. Decretum est etiam in eo-  
dem Concilio, ut omnis poenitens, dum carri-  
nam suam ieunat, de loco in locum non migret:  
sed ibi permaneat, vbi suam acceperit poenit-  
tiam, ut proprius sacerdos sibi præbeat testi-  
monium: si autem ob hostiles insidias ieunare non  
poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum  
alicui, vbi pacificè possit ieunare, diligentissime  
commendet. Canon 20. In eodem quoque Conci-  
ilio decretum est, ut nullus præsbyterorum  
quenquam, nisi iussu Episcopi in Ecclesiam intro-  
ducere presumat, cui pro aliquo delicto illam in-  
gredi non liceat.

Ex Concilio Oxoniensi: Canone 32. Et si forte  
concubinæ eorum monitione, postea proposita,  
ab eis non recesserint ab Ecclesijs Dei quas infamare  
præsumunt, expellantur, nec admittantur  
ad Ecclesiastica sacramenta: & si nec sic duxerint,  
abstinendum excommunicationis mucrone per-  
cellantur, & tunc demum contra eos inuocetur  
brachium seculare: ipsos autem clericos per sub-  
tractionem officij & beneficij, canonica admoni-  
tione pæmissa, volumus coerceri.

Ex Formula visitationis, Diœcesis Colonensis  
Quanquam ad visitationis executionem duo re-  
quirantur: Instructio scilicet & Coertio, doctrina  
& vir-

& virga disciplinæ, quæ pari gradu incedere oporteat. Quia tamen hæc visitatio nostra noua & rata est populusque tam delicatas habet aures, ut omnis seueræ increpationis, priusquam ad pœnitentiam cordis conuersus fuerit, sit impatiens. Propterea hortamur visitatores nostros, ut Paulinam sententiam & exemplum potissimum specent, nempe, ut sint patientes ad omnes, consolentur pusillanimes, suscipiant infirmos. Post nō omittant corripere etiam inquietos. Expedientius enim est, ut visitatores nostri nunc omnium primum, potius videantur in charitate & mansuetudinis spiritu ac lenitatis, quam in virga venisse. Quare præcipua eorum cura erit, ut contribuent quidem eos ad quos mittuntur, sed secundum Deum ad pœnitentiam & salutem. Coertio tamen (ut diximus) moderata, maximè in contumaces nequaquam omittenda est, aut ad nos referendum. Ibidem: Post inquisitionem si qui notati fuerint, illi euocentur. Qui si errata sponte confessi fuerint, ad disciplinam Abbatis iuxta regulæ formam remittendi sunt, sic tamen, ut Abbatii mandetur, ne Christianæ lenitatis modum excedat, quod habita ratione personæ, censuram potius mitigari quam exasperari conuenerit in haud præfractis. Ibidem: Pæterea Archipræsbyteri seu Decani isti rurales scire debent se vocatos in partem solitudinis Episcopalis, propterea debent esse vigiles, & diligenter respicere, ut intra limites suorum Decanatum per omnes Parochos præbbyteros ac clericos secundum formam Ecclesiasticam ac Cœciliij nostri prouincialis doceatur

ac VI.

§32 DE DISCIPL. ECCLES.  
ac viuatur. Quod si compererint alicuius Paro-  
chi doctrinam & verbi prædicationem de hæresi  
aut nouatione suspectam, aut vitam probosam,  
eundem ad se aduocabunt, & præcedente corre-  
ptione fraterna monebunt, ut à tali vel doctrina,  
vel vitæ impuritate desistant, ac rectam viam Ca-  
tholicæ fidei, pietatis ac charitatis inambulent.  
Quod si hic peruicax esse malit, præsertim quod  
ad impuritatem doctrinæ attinet, debet hoc ip-  
sum Decanus ruralis ad visitatores nostros, aut  
nos scripto referre ut apponamus securim adra-  
dicem.

### C A P V T VII.

*Interrogationes 88. facienda in visitatione desumpta  
ex Enrichardo lib. 1. habentur etiam in Iſi-  
dori Decretis M. S.*

**E**ST in hac Parochia homicida, qui hominem  
aut spontanea voluntate, aut cupiditatis aut  
rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, aut coactus,  
aut pro vindicta parentum, aut in bello, aut iussu  
Domini, aut proprium seruum occiderit?

Interrogatio 2. Est aliquis parricida, aut fratri-  
cida, qui patrem, matrem, sororem, fratrem, au-  
culum aut aliquem parentum interficerit?

Interrogat. 3. Est aliquis qui præsbyterum, aut  
diaconum, aut aliquem clericorum occiderit,  
vel aliquo membro detruncauerit?

Interrogatio 4. Est aliquis vel aliqua, qui infan-  
tem proprium oppresserit, vel vestimentorum  
pondere suffocauerit, & si hoc factum est ante ha-  
bitum.

ptismum, aut post baptismum, aut si infans infirmatus per negligentiam parentis absque baptismo obierit?

Interrogatio 5. Est aliquis vel aliqua qui alterius partum excusserit, vel si ipsa foemina propria voluntate suum partum vel conceptum excusserit & abortiuum fecerit?

Interrogatio 6. Est aliqua foemina quæ in fornicatione suscipiens, timens ne manifestaretur, infantem proprium aut in aquam proiecerit, aut in terra occultauerit quod morte dicunt?

Interrogatio 7. Est aliquis qui vxorem suam absque lege, aut certa probatione interfecerit?

Interrogatio 8. Est aliqua foemina quæ virum suum, vel aliquem hominem per herbas venenatas, vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit?

Interrogatio 9. Est aliquis, vel aliqua qui hoc fecerit vel alium facere docuerit, ut vir non possit generare, aut fæmina concipere?

Interrogatio 10. Est aliquis qui proprium seruum extra iudicium occiderit, & aliqua foemina quæ ancillam propriam necauerit, furore zeli inflammata?

Interrogatio 11. Est aliquis qui diabolo impelente semetipsum occiderit.

Interrogatio 12. Est aliquis qui in bello publico homines vulnerauerit, & nescit si de illo vulnera aliquis perierit? Etsi alicui imputatur, quod hominem occiderit, & ipse hoc denegauerit?

Interrogatio 13. Est aliquis qui in consilio fuerit ut homo interficeretur, & non fuit in facto, & tamen

tamen per eius consilium & exhortationem interfectus est?

Interrogatio 14. Est aliquis qui truncationes manuum, pedum, linguæ & testiculorum fecerit, & oculos alterius eruerit?

Interrogatio 15. Est aliquis coniugatus, qui cum alterius vxore adulterium perpetravit vel vxor cum alterius viro?

Interrogatio 16. Est aliquis vxorem habens, qui concubinam simul habuerit ancillam propriam, aut aliam foeminam?

Interrogatio 17. Est aliquis qui vxorem legitimam dimiserit & altari se coniunxerit, & aliam in coniugium acceperit?

Interrog. 18. Est aliqua mulier quæ virum proprium dimiserit, & alteri se coniunxerit?

Interrog. 19. Sunt aliqui interueniente repudio, qui ab inuicem sunt separati, & sic maneant?

Interrog. 20. Est aliquis qui absque consensu, xoris derelicto legitimo coniugio in monasterio intrauerit?

Interrog. 21. Est aliquis qui suam coniugem quamvis culpabilem sine Episcopi iudicio reliquerit.

Interrogatio 22. Est aliqua mulier quæ conscio viro suo fornicata fuerit?

Interrogat. 23. Est aliquis vxore carens, qui cum alterius coniuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens virum cum alterius marito?

Interrogatio 24. Est aliquis non habens vxorem, qui cum foemina quæ virum non habet fornicatus fuerit? Interrogatio 25. Est aliqua laica virgo quæ mæchata fuerit cum adolescente?

Inter:

Interrogatio 26. Est aliquis qui despontatam  
puellam non duxerit, & fidem sponsaliorum frē-  
gerit?

Interrogatio 27. Est aliquis qui alterius spon-  
sam rapuerit, & sibi sociauerit?

Interrogatio 28. Est aliquis qui quamcunque  
fœminam virginem aut viduam per raptum tra-  
xerit & sociauerit sibi in matrimonium: etsi ali-  
qui sint qui in hoc consentientes & adunantes fue-  
rint?

Interrogatio 29. Est aliquis qui cum Iudæa, vel  
si Iudæus vel paganus cum aliqua Christiana me-  
chatus fuerit?

Interrogatio 30. Est aliquis qui sanctimonia-  
lem, vel viduam Deo sacratam rapuerit & in con-  
jugium sumpserit, vel ipsis consentientibus cum  
eis fornicatus fuerit?

Interrogatio 31. Est aliquis qui viuente marito  
coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in  
proximo defuncto eandem sumpsisse dignosci-  
tur?

Interrogatio 32. Est aliqua mulier quæ dicat  
quod vir eius non possit coire, & ob hanc cau-  
sam dissidium quærerit, & alium virum velit acci-  
pere;

Interrogatio 33. Est aliquis qui cum commatre  
spiritali moechatus fuerit, vel eam in matrimo-  
nium acceperit: similiterque cum filiola quam  
ex sacro fonte suscepserit, aut ante Episcopatum  
tenuit?

Interrog. 34. Est aliquis qui propinquam & cō-  
sanguineā suam in matrimonium accepit, aut cū  
ea

ea fornicatus est?

Interrogatio 35. Est aliquis qui irrationaliter, id est, contra naturam cum masculis & mulieris misceatur animalibus?

Interrogatio 36. Est aliqua mulier quæ lenocinium fecerit?

Interrogatio 37. Est aliquis qui in sua domo consentit cum proprijs ancillis, vel genitiarijs suis adulteria perpetrare?

Interrogatio 38. Interrogandum si aliquis furius aut sacrilegus sit in eadem plebe, qui Ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de Ecclesia furatus sit, aut publicè rapuerit, vel latenter surripuerit, aut si aliquis rapax & raptor & damniator Ecclesia Dei est.

Interrogatio 39. Interrogandum si aliquis perjurus sit, aut si scieus & pro cupiditate terrena peierauerit: & si nesciens, aut si coactus iussu senioris, aut pro membris aut pro vita redimenda: aut si aliquis scienter non solum peierauerit, sed etiam alios in periurium duxerit?

Interrogatio 40. Interrogandum si aliquis scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, & quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit?

Interrogatio 41. Interrogandum si aliquis hominem liberum aut seruum alterius, aut peregrinum, aut aduentitiū furatus fuerit, aut cùm blandientem seduxerit & vendiderit, & extra patriam in captiuitatem duxerit, aut si aliquis Iudeo vel pagano Christianum mancipium vendiderit, aut si ipsi Iudei Christiana mancipia in suo serui-

seruitio habeant, vel vendant?

Interrog. 42. Interrogandum si aliquis sit magus ariolus aut incātator, diuinus aut sortilegus: vel si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi caedelā seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum aut malum possit inferre?

Interrogatio 43. Perscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus siue venator vel cæteri huiusmodi diabolica carmina dicat super panem, aut super herbas, aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in biuio, aut in triuio proijciat, vt sua animalia liberet à peste & clade & alterius perdat.

Interrogatio 44. Perquirendum si aliqua fœmina sit quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odiū cōuertat, aut bona hominum, aut damnet aut surripiat? Et si aliqua est quæ se dicat cum dæmonū turba in similitudinem mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio inuentam esse?

Iterrog. 45. Interrogandum si aliquis sanguinem morticinium aut dilaceratum à bestia comedet?

Interrog. 46. Est aliquis qui iurauit quod Deo contrarium est, vt fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum usque ad mortem?

Interrogat. 47. Est aliquis qui bibit de liquore in quo mustella vel mus siue aliquod immundū animal necatum est?

Y

Inter-

Interrogatio 48. Est aliquis qui ieunium quadragesimale vel 4. temporum siue letaniae maioris, vel rogationum, siue indictum ab Episcopo ieunium pro quacunque plaga non obseruauerit?

Interrogatio 49. Est aliquis qui babit aut manducauit, aut portauit super se quo existimauerat se Dei iudicium peruertere posse.

Interrogatio 50. Est aliquis qui in Calendis Ianuarij aliquid fecerat quod à paganis inventum est, & dies obseruauit & lunam & menses, & horum effectiva potentia aliquid sperauerat in melius aut in deterius posse conuerti?

Interrogatio 51. Est aliquis quodcumque opus inchoans, qui aliquid dixerat, aut quacunque magica arte aliud fecit, nisi vt Apostolus docet omnia & in nomine Domini facienda? Neque enim dæmones in nostrum adiutorium debemus inuocare, sed Deum in collectione similiter herbarū medicinalium, symbolum & orationem Dominicam dicere oportet & nihil aliud.

Interrogatio 52. Querendum etiam si mulieres in lanificijs suis vt supra dictum est omnia in nomine Domini?

Interrogatio 53. Est aliquis qui supra mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaret & biberet, & manducaret ibi quasi de eius morte gratularetur, & si alibi mortui in vigilijs nocturnis nisi in Ecclesia custodiantur?

Interrogatio 55. Est aliquis qui non communi-  
cet vel tribus temporibus in anno, id est in Pascha,  
Pentecoste, & Natali Domini nisi pro mortiferis  
crimi-

eriminibus, & Episcopi & sacerdotum iudicio, à  
communione fuerit remotus?

Interrogatio 56. Est aliquis qui in die Domini-  
ca vel in præcipuis festiuitatibus, quicquam ope-  
ris faciat: & si ad Matutinas, & ad Missam, & ad  
Vesperas, his diebus imprætermissem̄ omnes oc-  
currant?

Interrogatio 57. Est aliquis excommunicatus  
qui pro nihilo duxerit excommunicationem: &  
si aliquis cum excommunicato communicaue-  
rit?

Interrogatio 58. Est aliquis qui modum pœni-  
tentiae sibi iniunctum non custodierit?

Interrogatio 59. Est aliquis qui patrem aut ma-  
trem in honora uauerit, aut percusserit aut maledi-  
xerit?

Interrogatio 60. Est aliquis qui vomitum post  
acceptam Eucharistiam per ebrietatem fecerit?

Interrogatio 60. Est aliquis qui suam decimati-  
onem Deo & sanctis eius retraxerit?

Interrogatio 62. Est aliquis tam peruersus &  
Deo alienus, vt saltem Dominica die ad Ecclesiā  
non venerit?

Interrogatio 63. Si porcarij & alij pastores Do-  
minica die ad Ecclesiam non veniant, & Missas nō  
audiunt similiter in alijs festiuitatibus?

Interrogatio 64. Est aliquis qui ad confessionē  
non veniret, vel vna vice in anno, id est in capite  
quadragesimæ, & pœnitentiam pro peccatis suis  
non susciperet?

Interrogatio 65. Est aliquis qui ebrietatem af-  
fiduam sectetur Apostolo dicente, neq; n. ebriosi

Interrogatio 66. Est aliquis qui contempto suo  
præsbytero in aliam Parochiam iret ad Ecclesiam,  
& ibi communicaret, & suam decimam daret?

Interrogatio 67. Inquirendum de mendicis, qui  
per Parochiam discurrunt: & unusquisque paupe-  
rem de familia sua pascat?

Interrogatio 68. Interrogandum si in unaqua-  
que plebe Decani sint per villas constituti viri ve-  
races, & Dominum timentes, qui cæteros admo-  
neant, ut ad Ecclesiam pergant, ad Matutinas, ad  
Missam, & ad Vesperam, & nihil operis in diebus  
festis faciant, & si eorum quisquam transgressus  
fuerit statim præsbytero annuncient, similiter de  
luxuria & omni opere prauo?

Interrogatio 69. Est aliquis qui bannum Epis-  
copi aut præsbyteri sui, & excommunicationem  
parui pendit?

Interrogatio 70. Perquirendum si parochiani  
præsbytero suo debitum honorem impendant,  
aut si est aliquis qui eum verbo vel facto inhono-  
raret, & eius monita sperneret?

Interrogatio 71. Est aliquis qui peregrino, au-  
viatori hospitium contradixerit?

Interrogatio 72. Inquirendum est quas festi-  
vates colant?

Interrogatio 73. Interrogandum si patrini fili-  
olis suis symbolum & orationem dominicam in-  
sinuent aut insinuare faciant?

Interrogatio 74. Perquirendum si quatuor,  
aut quinque, vel plures interfecerunt homi-  
nem?

Intur

Interrogatio 75. Est aliquis qui contradixerit Episcopo aut eius ministris, ut coloni aut serui pro commissis **criminibus** virgis nudi cedantur?

Interrogatio 76. Interrogandum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem, vel persecutionem fugit, hac de causa quia in domo eius mansit, & diebus aut annis loco mercenarij illi seruiunt pro proprio seruo velit habere, & vendere, aut dare alicui praesumat?

Interrogatio 77. Est aliquis qui iniusta mensura suam annonam, aut vinum vendat, quum Dominus dicat æquus sit tibi modius, & æquus sextarius?

Interrogatio 78. Denunciandum etiam quam magnum piaculum sit, usuras exigere, & de alieno fœnore velle ditescere, & quod sacri canones tales ab Ecclesia ejus præcipiant?

Interrogatio 79. Est aliquis qui propter cupiditatem Iudæum vel paganum interficerit?

Interrogatio 80. Est aliquis insaniens qui aliquem hominem occiderit;

Interrogatio 81. Est aliquis qui arborem succideret, & dum operi necessariò insisteret aliquis subtus arborem deueniens improvisè opprimeatur?

Interrogatio 82. Est aliquis qui coniurationes & conspirationes sectaretur?

Interrogatio 83. Est aliquis qui Ecclesiam aut clericum fatigare præsumpserit?

Interrogatio 84. Inquirendum de refugis & persi-

perfidis clericis & laicis?

Interrogatio 85. Percontandum de confratribus  
& fraternitatibus societatibus, qualiter in paro-  
chia pergaantur?

Interrogatio 86. Interrogandum si cantica tur-  
pia & risum mouentia, aliquis circa Ecclesia can-  
tare præsumat?

Interrogatio 87. Perquirendum si aliquis Ec-  
clesiam intrans fabulis vacare consuevit, & non  
diligenter auscultat diuina eloquia, & si antequā  
Missa finiatur de Ecclesia exierit?

Interrogat. 88. Interrogandum si oblationem,  
id est, panem & vinum, viri & foeminæ ad Missas  
offerant, & si non viri coniuges offerant, profe-  
suisque omnibus, ut in canone continetur.

Ex Concilio Rhotomagensi: Dominica igitur  
præcepta adimplentes membrum putridum &  
insanabile, quod medicinam non recipit ferro  
excommunicationis à corpore Ecclesia absinda-  
mus ne tam pestifero morbo reliqua corporis  
veluti veneno inficiantur,

Ordo visita. Ex Rhotomag. Conc. Cùm Episco-  
pus suam diçesim circuit. Archidiaconus vel Ar-  
chipræbyter eum præire debet, uno aut duobus  
diebus per parochias quas visitaturus est. Et ple-  
be conuocata annuciare debet proprij pastoris  
aduentum. Et vt omnes exceptis infirmis ad eius  
synodum die denominata imprætermisso occur-  
rant, & omnimodo auctoritate sanctorum ca-  
nonū præcipere, & minaciter denunciare debet.  
Quod si quis absque graui necessitate defuerit,  
procul

procudubio à communione Christiana sic repel lendus, deinde ascitis secum præsbyteris, qui in illo loco seruitium debent exhibere Episcopo, quicquid de minoribus & leuioribus causis corrigerem potest, emendare satagat, ut Pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotijs fatigetur, aut sibi immorari amplius necesse sit ibi, quā expensa sufficiat. Ait enim Dominus ad Mosen de huiusmodi cooperatoribus. Ut tecum, inquit, sustentent onus populi, & non tu solus graueris. Et beatus Ioannes Baptista aduentum Domini præcucurrit prædicando dicens: Pœnitentiam agite. Et idem: Parate viam Domino. Siquidem Episcopus vicem Christi agere videtur, & ideo cum gaudio, timore, & summa reuerentia à plebibus sibi subiectis suscipiendus est: ut illis cum laude dicatur quod Apostolis discipulis dicit: Testimonium, inquit, vobis perhibeo quod ita suscepistis me sicut angelum Dei sicut Dominum Iesum.

## CAPVT VIII.

*Ex morum decretis Cap. 22.*

**F**ide dignorum relatio ad nostrum auditum perduxit: quantum in multis Monasterijs sit à primæ institutionis puritate recessum. Siquidem illorum cœnobitæ, sic vitam monachalem regularem reiecerūt, ut & moribus & nomine habitu religio si haderi & nominari vereātur. uod si in præ missis gubernaculum discipl. contemna-

Y 4

temna-

temnatur: hoc solum restare videmus, ut religio naufragetur. Rebus itaque in deteriora prolabentibus obuiam ire volentes: statuimus ut Abbates, abbatissæ priores, priorissæ, & alij religiosorum superiores, quocunque nomine censeantur: sic sua monasteria in cultu diuino, vita & moribus, vestimentis monachalibus, cibis & potibus reformat: & suos religiosos & moniales, ad vitam regularem monasticam, secundum institutiones suorum ordinum & alias regulares reducant: quod in eis nihil reperiatur, quod diuinam maiestatem & simplicium animos offendere possit. In præmissis autem, per dioecesanos in suis visitationibus diligens inquisitio fiat. Et quæ repererint deformata: reformat, & omnino corrigant: quæ super prædictis facta fuerint sequenti concilio referant. Et ne notorium illum abusum, quo nonnulli regularem apostasiam incurrendo, sine habitu regulari etiam in publicum incedere non erubet: sub dissimulatione pertransire videamur: statuimus quod canonici regulares de catere: super veste exteriori togam lineam, tam intra quam extra monasterium, ferre omnino teneantur. Nisi forte super huiusmodi toga non deferenda: priuilegium habeant, quod suis dioecesanis exhibere infra duos menses, à die publicationis computatos habeant. Qui viso priuilegio, super alio habitu patenter distincto à vestimentis clericorum secularium, ordinabunt ut expedire & iuris esse videbitur.

Ex Concilio Colonensi: Episcopi munus in duobus tantum consistit. Primum in impositione manuum

manuum, quæ est ordinum Ecclesiasticorum collatio ac institutio ministrorum. Deinde in visitaione Dioceſeos. Vt runque beatissimus Apostolus ad Titum dilectum filium, Cretæ Episcopum scribens complectitur: Huius inquit rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ defunct corrigas & cōſtituas per ciuitates præſbyteros, sicut & ego diſposui tibi, Alterum vērò idem Apostolus cum à Miletō diſcessum maturaret, profecturus Hieropolymam, ac certus quod amplius haud viſurus eſſet faciem eorum omnium, per quos transiuit prædicans regnum Dei, vocatis illo ad ſe ab Epheso Ecclesiæ præſbyteris Apostolica vehementia inculcat, cum ait: attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit ſanguine ſuo. Et quoniā ſcio, inquit, quod intrabunt post diſcēſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipſis exurgent viri, loquentes peruersa, vt abducant diſcipulos pōſt ſe, propterea vigilate: Cui muneri, vt ambo illa Apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus, ac illius collega Paulus, ſatisfacerent, alter transiuit & inuiuit vniuersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & ſeniorum, nimirum non tantum verbo, ſed & exemplo Episcopos commonentes, vt qui ſpeculatoris in Dei Eccleſia coniuncti ſunt ac appellantur, Provinciæ ſibi mandatæ vigilantissime intendant, fidem, conuerſationem, mores & vitam ſingulorum explorent, examinentq; ac prouideant

Y 5

ne ali-

ne alicubi quis in ea vocatione ad quam à Deo  
vocatus est torpescat.

Ex eodem Concilio. Præcipuæ ergo cause o-  
mnis mali sunt fastus, luxus & avaritia, à quibus  
Clerici potissimum malè audiunt.

Ex Concilio Colonensi: Capitula verò disciplinæ (quæ vocant) multò maiori diligentia ob-  
seruentur atque hactenus. Id ita fiet, si non tam  
prophanæ, quam res sacræ in his tractentur. Si de  
moribus inquiratur singulorum, & quod olim  
sancti Patres fecisse dignoscuntur: ex temporali  
oratione interdum commonerentur fratres. Et  
in primis ad sacras literas capessendas instigaren-  
tur, atque ut in his optimas horas collocarent,  
incitarentur, quod hic reperiatur vitæ fons sca-  
turiens, ex quo qui haurit non sicut in æternū. Hic  
thesaurus Euangelicus ( propter quem oportet  
vendere vniuersitatem) reconditus sit, ex quo prudens  
ille paterfamilias profert, noua & vetera.

Ex eodem Concilio: In corripiendis vero ma-  
gistratibus, correctioni quoque fraterno locus  
est, quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes He-  
rodī, non populo: Non licet tibi habere vxorem  
fratris tui. Quia si nihil promoureas, postulanda  
& expectanda prouisio prælatorum, ac maiorum  
magistratum est: qui si dissimulent, etiam con-  
sultum magis ut ultio remittatur ad Deum, quā  
ut tantum scandalum inde deterius subsequan-  
tur.

Ex eodem: Quod omnibus Christianis præ-  
pit Paulus dicens: Rogamus autem vos frates,  
corri-

corripite inquietos cōsolamini pusillanimes, su-  
cipite infirmos patientes estote ad omnes. Hoc  
eum qui à confessionibus est maximè conuenit  
obseruare, nimirum vt consolando erigat pusil-  
lanimes per immensam Dei misericordiam præ-  
fractos autem obiurget, tremendumque Dei iu-  
dicium ante oculos ponat. Denique vti pruden-  
tissimus medicus, pro morbi qualitate tempera-  
bit medicinam, obfuturus magis quam profutu-  
rus, si putauerit uno collyrio omnium mederi  
morbis. Monendi ergo qui confitentur singuli se-  
cundum ordinem, statum, ac etatem, atque id per  
locos quodā eō sex scriptura depromptos, quos  
in promptu habere debet Parochus.

Ex eodem: Fraternitates (quae vocantur) & in  
honorem aliquorum sanctorum in Ecclesijs fiūt;  
speciem quidem pietatis habent: sed quales hac  
tempestate seruantur, nempē in quibus tam cle-  
rici quam laici potissimum commessionibus  
est ebrietatibus vacant, interdum etiam varijs  
conspirationib. aduersus potestates intenti sunt,  
si non omnino sublatas, saltem correctas ac re-  
formatas volumus, omnino sublatas malimus, ac  
reditus seu census earundem, vel in usus paupe-  
rum, vel parochi expendi nobis magis placuerit.  
At cum hæ sodalites forsan præter publicum  
offendiculum ac pauperum (qui ab eis eleemo-  
synas ex constitutione accipiunt) præiudicium  
commodè tolli non possint videbimus inter vi-  
sitandum, ut saltē tollantur abusus, ut prima ser-  
uetur institutio, & examinentur formulæ earum  
& statuta, ut ratio ac calculus singulis annis per  
prout-

prouisores (vt vocant) earundem fraternitatum coram Parochis Ecclesiarum reddatur, vt superantes fructus ac redditus in pauperum seu Ecclesiæ usum ad utilitatem conuertantur, aut etiam inde aliquid Parocho ad victum decidatur.

Ex eodem: Visitatione ergo monasteriorum quā maximē opus esse intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac verò oportebit omnia ad regulam ordinis monastici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbae consuetudinis irrepit, penitus tollere ac eradicare. Proficerit quoque hic examinari regulas, statuta, & coniuetudines, tolli superstitiones.

Ex eodem: Visitandæ quoque in primis & reformandæ erunt domus hospitalium militum Theuthonicorum, præterea ordinis Diui Ioannis Baptistæ ac Antonitarum atque initio prouidentum, vt in ijsdem domibus cultus diuinus ritè ac debitè peragatur, vt hospitalitas pro pauperibus seruetur, vt vita ac conuersatio regularis secundum institutionem primam ac regulam (quam illi professi sunt) illic geratur, vt ab ipsis vestes ordini ac professioni dignæ ac conuenientes publicè deferantur, vt commessiones crapulae, ac omnis luxus prohibetur, vt prædæ illæ bonorum mobilium, quæ post mortem prælatorum per priores ordines fieri, ac in cæteras regiones deferri pessimo omnium exemplo consueuerunt, amo do nequaquam fiant. Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel necessarijs usibus Ecclesiæ, aut successorum,

aut

aut pauperum eius regionis, vbi religiosa ista dominus sita est applicetur. Ibidem: Postremo, vitam conuersationem ac mores Canonissarum, quæ sacerdtales ob id appellantur, quod perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant reformari omnino ducimus, necessarium. Nam vitam agunt plus nimio licentiosam, ac plenisq; scandalosam. Quæ vt in ordinem & Ecclesiasticam quandam disciplinam quo ad fieri potest reuocentur, nobis quum visitatione aggrediemur, curandum est.

Ex eodem Concilio Coloniensi: Vsum ergo excommunicationis præsertim aduersus publicè criminosos in lucem reuocari conuenerit: deinde posthac in alijs causis excommunicatio tantu in manifestè contumaces feratur. Causabit autem in primis Iudex, ne hanc aliasve censuras Ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis vel juris ordine non seruato, vel ex odij somite proferat vñquam. Quum enim excommunicatio pena sit, qua nulla maior est in Ecclesia: nec sit excommunicandus quis, nisi pro peccato lethali, quod anathema sit æternæ mortis damnatio, nec infligenda veniat, nisi his qui aliter corrigi non possunt, debebit Iudex non antè excommunicare quempiam, quam cognoverit, id vel causæ gravitatem, vel eius qui extra communionē ponendus est, apertam contumaciam præcepto iusto acquiescere nolentis exigere. Ibidem: Clerici in grauissimis criminibus deprehensi, iuxta canonicas sanctiones puniantur. Expedit enim, vt publicè delinquentes & Ecclesiam Dei scandalizantes

pūbli-

publicè quoque arguantur, & puniuntur. Quam obrem tales vel à nobis depræhensi vel extra territoria nostra per magistratus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dignam sui sceleris pœnam recipient. Quod si tam graue fuerit ut degradatione dignum sit facinus, ipsos curi tradiri seculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo le per flagitia reddiderunt indignes.

Ex Concilio Colonensi. Ex superioribus vero liquet plus satis, quo ordine visitatio instituenda sit. Si quidē in primis ab Ecclesiis nostras metropolitana ac cathedrali inchoandum. Dehinc singulæ collegiatæ simul cum monasterijs & virorum & mulierum inuisendæ. Post hæc ad Parochiales Ecclesiæ omnes in nostris civitatibus ac dioecesis constitutas (vbi maxima cura opus erit) transeundum: ibi non solum Parochi, sed aliqui etiam (quotquot ibidem commorantur) sacerdotes ac clerici aduocandi. Atqne interim non prætermittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur, ac postremò hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

Ex eodem: Denique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicuntur, ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis, quæ sancta fuerint, ja Provinciali seu Episcopali Concilio publicabūt. Et ad eundem modum (qui in visitatione prescriptus est) vitijs extirpandis ac virtutib. inseridis studeant, criminibus publicis magis per peccati canonicas, quam pecunię exactione puniendis intenti. Ex eodē: Quod ut rectè ac prudenter fiat Archidac. nostris incubit, ne ullos inidoneos

Officii

Officiales aut Decanos rurales deligant aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assument cum doctrina præstantes, tum virtue innocentis, inculpatæq; qui nullius criminis labore notabiles officium suū irreprehensibiliter exequuntur. Ibidem: Ex vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relictū est, ut Archidiaconi anno bissextili circumeant, & peccata e normia emendent, quæ sequitur in hęc verba.

In Concilio publico ab Episcopo habitō primus iurare debent de viris singulis fidelissimi quique liberi & serui, tres vel quatuor, seu etiam plures, ut rei veritas omnino inquiratur. Iuramentum autem illud huiuscmodi esse debet. Quicquid in Villa in qua habitat, veraciter sciat vel serio audierit actum contra fidem rectam Christianitatem Episcopum aut eius nūtium, quantū recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post iuramentum vero Episcopus per singula recitare debet, quæ prius iuramento comprehendit hoc est: Si vir supervxorem suam aliquam clauculo corripit: Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicassit: Si cōmatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violauit: Si qua mulier partum suum necauit, vel conceptum quocunq; modo excussit: Si quis cognatum suum voluntate aut casu occidit, seu morbidum fecit & neandum ad publicam pœnitentiā venit: Si mulier maritum suū, aut maritus vxorem suam iniquo consilio interemit: Si quis virū aut foeminā veneno aut aliqua alia potioē occidit, & qui hoc scilicet veneno machinatur:

Si

*Eutychianū  
Pontificis  
ordinatio  
vide Refor-  
mationes  
Vercellēsis.*

Si sciat diuinatrices vel augures, etiam illos qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si uno contempro, cum alijs fornicatur, licet nupta non sit. Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis excommunicantis communionem habent: Si illos sciant, qui coniucti sunt periurium perpetrasse: Si & illos nouerint qui vota Deo non dicata, contra fidem Ecclesiasticam colunt & ad Christi Ecclesias venire contemnunt: Illos etiam, si sciant, qui indicum iejunium negligunt. Hæc omnium Episcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros vero omnes nobiles & ignobiles, per bannum Christianitatis constringat ut supradictas res minimè celent, ac si in die iudicij ante tribunal Domini nostri Iesu Christi rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannum contestetur, ut nemo per ullius timorem aut fauorem vel etiam amicitiam, præfata retineat, veraciter scita. Neque per odium, neque per inimicitiam ullam quicquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si ante in præsentia Episcopi allata essent, eiusque iudicio terminata, postea iterata, comperta fuerint, veluti in initio referantur, & Episcopali decreto constituantur. Ibidem: Præscripta quidem formula quam antiquitatis causa retulimus, successu temporis in abusum quod negare non possumus, deducta est, quod non fidelissimi quique sed leues delatores, non qui veraciter sciant, aut serio audiuerint, idque a probatis: neque uno tan-

cum

tum sed pluribus hisque fide dignis minimeque maleuolis, sed frequentius absque omni delectu vel leues ac fuitiles, vel inuidi ac rapaces calumniatores dilationi comperiantur aseiti. Quodque pro manifestis criminibus non canonicae penitentiae, sed pecuniariæ potissimum multæ à delinquentibus fuerint exactæ, permisso interim delinquentibus haud præter graue populi offendiculum in publica scelerum infamia perseuerate.

Ibidem. Quæ omnia magna correctione indigent quam volente ac adiuuante Deo, inter visitandum adhibebimus, nimirum curaturi, ut vires exploratæ virtutis tantam hoc officij delegetur.

Ex Reformatione Cleri Germaniæ: C. 15. Præterea cum nihil æquè conueniat omnibus nostris; ac eos esse mundos qui vasa Domini portant, & in sacrario operantur, quales sacerdotes constituit ipse Dominus, qui quotidiè sacrosancta trahant, & in illis versantur.

Igitur volumus, atque iuxta sanctiones canonicas fœliciter à diuinis Patribus institutas sanctimus, vt castè continenterque viuant. Sacerdotes concubinarij, incontinenterque vitam agentes, Canonum poenis in ordinem redigantur, nulla consuetudine, nulla connuentia immodicosa prælatorum negligenter patrocinante:

Z

CAP.

## CAPVT IX.

*Ex Statutis Synodalibus Episcopi Hildemensis.*

**I**Ndemnitatibus Ecclesiarum & beneficiorum, quæ frequenter propter eorum longam, vacationem, grandia in spiritualibus & temporalib; dispendia patiuntur, occurrere volentes: Statuimus, vt quilibet Archipræsbyter seu eius locum tenens, singulis annis ad minus bis scilicet in quibuslibet sex mensibus, semel in præsentia confratrum suorum in capitulari congregatione, de omnib. beneficijs infra Archipræsbyteratum suu vacantibus curatis & non curatis, quæ ultra tempus collatoribus & patronis, ac eorum nominibus diligentius inquirat, nobis seu Vicario nostro in spiritualibus illa cum patronorum & collatorum nominibus, quam primum commode possit (sic tamen quod istud ultra duorum mensium spatum non differatur) post inquisitionem huiusmodi in scriptis notificet, quod si facere omerit, poenam suspensionis ab officio diuinorum (dictorum duorum mensio spatio lapsi) incurat, quam etiam poenam quilibet cōfratrum, qui super præmissis requisitus ea Archipræsbytero scienter cælauerit, incidat simili modo verum quia nonnulli prætextu literarum Apostolicarum quas se impetrasse meutiuntur, Ecclesiastica beneficia vacantia, propria temeritate in periculū snarum animarum occupare præsumunt. Ordinamus ut de cætero quilibet Archipresbyter seu eius locum tenens, tam eorum, qui infra suum Archi-

Archipræsbyteratum Ecclesiastica beneficia vi-  
gorem literarum Apostolicarū assequuntur, quā  
etiam beneficiorum & patronorum, eorundem  
nomina infra mensis spatiū à tempore assequu-  
tionis huius computandū nobis vel Vicario no-  
stro rescribat seu notificet. Alioquin similem pœ-  
nam, ut præfertur, dicto mense lapsō incurant.  
Præterea statuimus & ordinamus, ut quilibet Ar-  
chipræsbyter seu eius locum tenens, infra proxi-  
mos, tres mēles à publicatione præsentium, omnes  
suos confratres cæterosq; præsbyters seculares  
& religiosos, infra suum Archipræsbyteratū be-  
neficia Ecclesiastica obtinentes: seu officiantes,  
de quorum titulis inuestituris, seu institutionib.  
ac prouisionibus sibi nō constat, ad ostendendum  
sibi inuestituras titulos, aut institutiones seu pro-  
uisiones beneficiorum suorum, authoritate no-  
stra in scriptis cum insertione pœuæ suspensionis  
requirat, & de cætero nullum infra suum Archi-  
præsbyteratum, ad officiandum aliquod benefi-  
cium Ecclesiasticum, nisi prius ostenderit sibi ti-  
tulum, inuestituram, aut institutionem & prouи-  
sionem sigillatas scienter toleret vel admittat.  
Quod si Archipræsbyter quem piam talium lite-  
ras suas ut præfertur sibi non ostendentem in re-  
gimine & officiatione Ecclesiastici beneficij con-  
tra præmissa, tolerare præsumperit, ipsum ut su-  
prā mandatur non suspendendo, ex tunc alijs 15.  
diebus elapsis, Archipræsbyter ipse suspensionis  
sententiam propter huiusmodi negligentiam in-  
currat ipso facto. Sit etiam forma suspensionis,  
quā in scriptis Archipræsbyteri ferant. Quia tu-

356 DE DISCIPL. ECCLES.  
monitus ut titulum vel prouisionem tui benefi-  
cij ostenderes infra quindecim dierum spatum  
huiusmodi mandato non paruisti nec titulum of-  
fendisti, idcirco authoritate mihi concessa, te in  
his scriptis à diuinis suspendo ac suspensum de-  
nuntio, quam formam etiam in alijs censuris in-  
fligendis, iuxta causarum exigentiam volumus  
obseruari.

Considerantes quod Archipræsbyteri rurales  
pro eo constituuntur, vt clericorum honestatem  
& confratrum utilitatem procurent excessus ea-  
rum referant. Mandata nostri Vicarij & officia-  
lium nostrorum debitè exequantur, & singula  
quæ à superioribus mandantur, ad notitiam con-  
fratrum suorum deducant, quæ tamen ab Archi-  
præsbyteratibus suis absentes nequeant adimple-  
re, statuimus & ordinamus vt quilibet Archi-  
præsbyter dioecesis nostræ Hildelemen, teneatur  
intra suum Archipræsbyteratum facere residen-  
tiam personalem decernentes vt absentes à suis  
Archipræsbyteratibus Archipræsbyteri, nisi in-  
fra mensem proximum à publicatione præsentij  
ad residentiam, se cum effectu receperint, & et-  
iam illi qui de cætero à suis Archipresbyterat-  
bus se absentauerint & animo alibi residendi seu  
domicilium, extra Archipræsbyteratum suum  
constituendi & fouendi, in absentia huiusmodi  
per vnum mensem manserint, suis Archipræsby-  
teralibus lapso mensis spatio prædicto, sint eoi-  
psio priuati. Moxque Camerarius teneatur con-  
fratres capitulares pro electione alterius Archi-  
presbyteri conuocare, & alium Archipresbyte-  
rum

rum eidē eligere. Quod si camerarius infra quindecim dies post lapsum dicti mensis facere neglexerit, sic eo ipso ab officio diuinorum suspensus.

Hac insuper constitutione, vniuersis & singulis Archipræsbyteris præcipimus, vt notorios excessus & præsertim illos in quibus Ecclesia scandalizatur, quorumcunque infra suum Archipræsbyteratum beneficiatorum, seu aliorum clericorum infra duos menses à tempore notitiæ sive computandum, nobis seu vicario nostro notificant & conscribant. Quod si quis facere neglexerit, & huiusmodi statutum exercitum non fuerit, cum effectu, præter omnipotentis Dei indignationem quam incurrat, poena condigna per nos vel nostrū vicarium punietur, & inflectetur. Sunt autem scandalosi excessus, furtum manifestum præsbyteri homicidium fornicatio scandalosa cleri, & adeò notoria, quod nulla tergiuersatione celari potest, si clericus literatoriè publicè, & in forma Ecclesiæ excōmunicatus celebret, legendo Euangeliū, seu Epistolam. Si clericus vñram manifestè exerceret. Si clericus cuiuscunque gradus post monitionem Archipræsbyteri se tabernis, lupanaribus, & actibus illicitis & litigiosis notorie immisceat, & his similes qui pro loci, temporis & personæ ratione scandalosi dici possunt. Insuper ordinamus, vt nullus Archipresbyterorum ruralium nostræ Dioecesis electus aut eligendus, nondum consirmatus, officium Archipræsbyteri, ante confirmationem suam à nobis vel Vicario nostro obtinendam, exercere, aut se Archipræsbyterū nominare vel scribere vel pro-

Z 3 tali

pro tali genere quomodolibet præsumat, formā autem iuramenti per Archipræsbyterum quemlibet in sua confirmatione præstandi talem esse volumus ut sequitur. Primò videlicet, iurabit quod mandata nostra, ac Vicarij & Officialium nostrorum pro tempore existentium reuerenter exequetur, ac nobis & eisdem fidelis erit, quodq; officium ad quod electus est fideliter exercebit, absq; dolo & fraude. Item quod penes se habeat statuta synodalia & illa quater, vel euidenti occurrente impedimento, bis in anno confratribus suis ad intellectum publicabit, ea quoque in uolabiliiter obseruabit, & in alijs quantum in se est, obseruari faciat dolo & fraude semotis. quod in super excessus confratrum suorū prout ad se spectat corrigere, incorrigibiles verò pro eorum excessibus, pro quibus deferendi sunt nobis, vel Vicario aut Officiali nostris, deferre non tardabit.

Ca. 29. Quoniā nonnulli religiosi contra Deum & suam conscientiam multipliciter excedunt eorum prælati desides & negligentes in obseruatione regularis disciplinæ & correctione excessuum existunt, eos per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi requirimus & hortamur, nos personas regulares sibi subiectas ad obseruantia regularum suarum & statutorum regularium diligentius inducant, moneant & allicant. & si opus est, strictius compellant, vt de officio sibi commisso dignam Deo possint reddere rationē: quod si ultra prævaricatores ordinis sui fuerint aut contemptores, seu negligētes vel remissi, pro certo se nouerint, non solum ab officio deponen-

dos,

dos, sed alias secundum regulam suam castigando cum offensa non solum propria verum etiam aliena ac sanguis subditorum suorum de suis manibus requiratur. Nos etiam corundem prelatorum negligentiam fauente Domino supplebimus, iuxta canonicas sanctiones. Periculum nimis fore considerantes & scandalosum quod personae regulares utriusque sexus extra monasteria sua vagantes in seculo moram trahant, nonnullae etiam ex ipsis religionis habitu dimisso Apostatae non formidant excommunicationis sententiā, ut sic incurendo, & suis superioribus rebellando. Cum itaque periculum sit talibus sic vagabibus excommunicatis & Apostatis in diuinis participare, volumus & vniuersis nobis subiectis Ecclesiasticis, personis mandamus, ut omnes & singulos, sic in seculo suis sub districtibus vagantes & commorantes cuiuscunque ordinis vel conditionis fuerint, moneant & requirant, ut infra missis spatiis à die publicationis & requisitionis huiusmodi ad sua monasteria redeant, & ut vota sua Deo reddant suis superioribus iuxta ordinem & regulam institutionem obediendo, vel saltem infra eundem terminum coram nobis vel nostro Vicario de indulxit, si quae de contrario habeant, legitime doceant, alioquin contra ipsos per Ecclesiasticæ censuræ poenas, & prout iustum fuerit procedemus. Quamuis contra Monachos & moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus aut animi leuitate temere fugientes, & in seculo per tempora vagantes & conuersantes, & tandem poenitentia ductis ad claustra sua humili-

liter redire volentes, certæ & variæ poena iuxta qualitatem & quantitatem excedentium à sanctis patribus sint statutæ: quidam tamen Abbates & magistratus poenis in sacris canonibus & regula sui ordinis contra tales profugos expressis non contenti, grauiores & quasi importabiles poenas ipsis in sui reuersione imponerenō verentur, vel quod deterius est, easdem personas quantumcumque humiliter postulatæ, ad sua claustra de quibus exiuerunt, admittere inhumaniter contradicunt. Cùm itaq; de iure poenæ ampliandæ nō sint, sed leniendæ, & longè sit securius de misericordia quam de crudelitate reddere rationem, cum etiā Dominus per os Prophetæ sit pollicitus diligentis: Peccator quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, iniquitatum suarum amplius non recordabor. Nos aduertentes, quod vbi paterfamilias largus dispensator existit, non decet familiam esse tenacem ut peccandi materia & occasio talibus præcludatur, prouida deliberatione statuimus, & præsenti statuto decernimus & ordinamus ut monasteriorum Abbates & prælati, Abbatissæ, præpositi, priores & magistratus cuiuscunq; ordinis subiecti nobis, fratribus & sororibus modo præmisso à suis monasterijs profugientibns, aut in Apostasiam ex quacunq; causa lapsis desiderantibus & querentib. cū humilitate ac deuotione regressum gremiu miseriarum ( quem mater Ecclesia nulli perenti consueuit claudere more p̄ij patrifamilias qui filium primum prodigum, & postea poenitentem paternè suscepit studeant liberaliter aperire & tales redire volent

ces

tes quantumcunque eorum excessus graues fuerint vel enormes, iuxta cuiuslibet ordinis disciplinam sive regulam & consuetudinem obseruatam sine contradictione recipiant & admittant, ita tamen, quod propter eorum excessus, nec victus nec vestitus eis subtrahatur, sed alias regulariter puniantur, ut præfertur, prout ipsi prælati, Abbates, abbatisæ, præpositi, priores, & magistratus sententiam suspensionis à diuinis quam in contrafacientes, sex dierum canonica monitione præmissa in his scriptis ferimus, voluerint euitare.

## CAPVT X.

*Ex Formula viuendi Canonicorum & vica.*

Cap. 5.

**I**gitur qui non vult regi nec etiam dirigi, ipse non est canonicus. Si autem non est canonicus, tunc coram Deo non potest leuare fructus præbædæ, cuius titulum fallo nomine possidet. Quod si lenauerit peccat, & ad restitutionem coram Deo tenetur. Et si restituere non valet, tunc diuina iustitia ipsum æternæ seruituti adiudicabit. Si in hac vita dum adhuc tempus habet, condignam poenitentiam non egerit. Hoc omnibus modis est tenendum, quod impossibile est, quod unus quadrans iniuste leuatus apud Deum sit in oblatione, sicut aperte euangelista dicit: Si vadas cum aduersario tuo in via, compone te cum illo ne fortè tradat te iudici, & iudex exactori, & exactor mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exhibis inde, donec ultimum quadrante reddas, verè hoc est formidi-

Z 5

dabi-

dabile verbum cunctis qui leuant grandes redi-  
tus Ecclesiarum iniustè: aut si iustè leuant, si tunc  
diligenter non student orare, & alia debita Eccle-  
siastica facere prout tenentur. Vos autem venera-  
bilis Domine, qui spiritu Dei tactus non dissolu-  
tè, sed canonice viuere vultis supradictum Psal-  
mista verbum in principio positum, diligenter  
aduertite scilicet, Sic Psalmum dicā nomini tuo  
in seculum seculi, vt reddam vota mea die in diē.  
Faciant alij quicquid velint vos, iugiter ruma-  
te huius versiculi efficaciam, & vtinam in tantum  
vobis familiaris iste versiculus fiat & dulcescar,  
vt quoties campanæ sonitum auditis deuotè eum  
submurmuretis dicendo sic, Psalmum dicam no-  
mini tuo. Hoc enim suaue colloquium inter Deū  
& animam deuotam non in vacuum transibit, sed  
magnam gratiam reportabit. Potest etiam iste  
versiculus secundum quosdam evpositores sic or-  
dinari (retrograde enim legitur in construendo)  
videlicet, Sic reddam vota mea de die in die, id  
est per singulos dies, vt Psalmum dicam nomini  
tuo in seculum seculi, id est merear te laudare in  
eternum. Et hic sensus est planior quam primus  
uterque tamen bonus.

Habetur etiam in quibusdam collegijs regula  
quædam Canonicorum valde bona, olim in Con-  
cilio Aquensi edita, & collecta ex dictis sanctorum.  
Sed nullum scio Collegium hodie, in quo  
ita seruetur sicut in ea scriptū est. Et propter hoc  
quidam dicunt quod abolita sit. Fortè hoc verum  
est quo ad aliqua scilicet reectorium, dormito-  
rium, & similia positiva, sed quo ad alia quæ sunt  
juris

juris diuini, stabilis est & manet in æuum. Ratio autem quare tam salubris regula abolita sit supradicta est, quia pauci sunt qui submittere volunt cœræcœs suas iugo disciplinæ, sed omnes libertatem affectant.

Cap. II. Vos autem Venerabiles Domini, qui per viam illam incedere vultis, quæ arcta est & ad vitam dicit, per quam pauci ambulant, diligenter eidem regulæ amores vestros conformate, quia optima est, & ex elegansissimis sanctorum doctrinæ composita, & ita discretè procedit, ut cuiuslibet bonæ voluntatis viro benè sit portabilis. Et quia fortè nonnulli sunt vobis cum qui libros istos aut non habent, aut propter paupertatem sibi procurare non valent, igitur ne illis charitas nostra deficit, aliqua hic annotare breuiter ex eisdem & alijs libris denotis intendimus, per quæ suam conuersationem regulare possint, ut coram Deo & hominibus in sanctitate proficiat. Quod si studiosè hæc obseruauerint absque dubio etiam in seculo manentes, religiosam vitam ducere possunt. Hoc autem præmittendum est, quod secundum diueras temporum vices, diuersi modi viuendi in clero fuisse narrantur, de quibus Gratianus in decretis plura collegit, præcipue in ca. 12. qu. 1. & alijs locis multis. In primitiua siquidem Ecclesia nullus ad clericatum aut sacros ordines admittebatur, nisi magna sanctitate cæteros antecederet, omnino à conuersatione laicali segregatus, summaque religiositate præfulgens. Nam tanta crudelitate & sæuitia pagani tunc fidem persequeban-

quebatur ut præesse nemo vellet nisi valde perfec-tus, quia teste beato Gregorio: Quicunque erat prior in dignitate, prior trahebatur ad martyrium. Stetit autem hoc tempus annis penè trecentis, usque ad Sylvestrum & Constantinum magnum, in quo penè nullus honor & reuerentia fidelibus deferebatur, quia tunc erat apud vulgares scandolum esse Christianum: sed postquam Constantinus magnus, & alij principes templo idolorum subuerterunt & baptismum suscepserunt, coepit Christianum nomen in gloria esse apud communem populum, & prohibitæ fuerunt occisiones fidelium, vnde tunc fides maximè creuit. Idem autem Imperator volens Ecclesiasticos in honore esse, maximas possessiones Ecclesiarum contulit, vnde clerici & pauperes sustentarentur, quatenus commodius diuinis interesse possent, & pro communione populo diligentius orarent. Similiter & alij principes in diuersis locis fuerunt, & extunc Ecclesiastici ab his operibus vacare coeperunt, & sedulè diuinis insistere, viuentes de eleemosynis fidelium. Videntes autem sancti Patres quod grandis confluenter multitudo, & quod sine aliquo vii labore & occupatione cohabitare non possent, Ecclesiasticum officium, regulas varias, & diuersos viuendi modos instituerunt unusquisque pro ut spiritus sanctus illi dabat. Nam B. Hieronymus diuinum officium ordinavit: Ambrosius hymnos & cantum superaddidit: Pachomius, Basilius, Augustinus, & alij regulas ediderunt.

Maxima quoque tunc sanctorum eremitarum & monachorum multitudo extitit. Fuitque tunc

vix aliqua differentia inter religiosos & clerum,  
quia nōdum ista solennis professio instituta, quæ  
hodie in monasterijs frequentatur. Verūm suc-  
cessu temporis & charitate frigescente, hæc gene-  
ralis sanctitas valdè cœpit declinare singulis ab-  
euntibus, post concupiscentias suas, in tantūm  
quod cœpit diuisio apparere inter Ecclesiasticos.  
Ita quod quidam nominabant se canonicos, qui-  
dam monachos prætextū cuius magna superbia  
& auaritia in clero surrexit: De quibus Grego-  
tius səpē mentionem fecit in dictis suis & alijs.  
Huic autem pestiferæ abusioni sancti Patres oc-  
currere volentes, & clerum ad pristinum statum  
prouocare cupientes, regulam quandam canonici-  
orum in Concilio Aquensi tempore Ludouici  
Imperatoris magno cum moderamine ex anti-  
quorum dictis collegerunt, præcipientes ut qui  
in monasterijs viuere monachico more non vel-  
lent, huius regulæ institutis omni conscientiæ se-  
curitate se tradere possent. Sed rursum ab hanc  
sancta regula ita desperabiliter Ecclesiastici nūc  
defecerunt, ut vix aut nullo modo possibile sit,  
quod vñquam reduci possint impleturque hodie  
illud propheticum: Et erit sicut populus, sic & sa-  
cerdos.

Cap. 58. Solicitudo septima boni viri & præci-  
puè illius qui in sacris ordinibus constitutus est,  
esse debet pro salute aliorum, vt scilicet suo bo-  
no exemplo & exhortatione alios à peccatis tra-  
hat, & ad bonam vitam ducat, & præcipuè illos  
qui ei commissi sunt, aut quibus cum viuit. Hoc  
namq; est maximè meritorum simul & iustum.

Quia

Quia qui aliquando prauo exemplo, aut fortè negligentia sua alijs fuit causa damnationis, iam studere vtique debet, vt aliquos rapiat de fructibus inimici & ad ouile Christi perducat. De hoc sic dicit B. Augustinus: Non tantum curemus habere bonam conscientiam, sed etiam bonam famam quantum in nobis est, propter exemplum aliorum. Item Gregorius: Qui in occulto bene vivit, sed alieno profectui minimè proficit, carbo est. Qui verò in imitatione sanctitatis positus, lumen rectitudinis in se multis demonstrat lampas est, quia & sibi ardet, & alijs lucet. Hæc autem emendatio non securè fit, nisi prævia oratione, & cum omni compassione, & in mansuetudine. Iuxta illud Psalmi, corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Item: Quoniam superueniet mansuetudo & corripiemur. Correcatio tamen prælatorum requirit alium modum non-nunquam propter circumstantias occurrentes. Sed simplex clericus aut præsbyter, nihil debet ultra facere quam Apostolus dicit, vt scilicet procedat in spiritu lenitatis, seipsum considerando humiliter, ne in superbiam eleuetur, & corruat. Potest autem sic, aut aliter dicere: Miror satis de meipso, quod non amplius studeo emendare vitam, cum quotidie video mortem appropinquare, & cùm nescio quādo responsurus sum tremendo iudicio de singulis quæ feci, aut cogitavi.

Hæc & similia solent prouocare nonnullos ad compunctionem. Quod si nullū compunctionis signum ostendunt, tunc si piè eos vult admonere, potest sic aut similiter dicere: Bone amice, si vel letis,

letis, libenter dicerem vobis aliqua, quę in corde  
meo diu portavi. Et tunc proponat ei, in quibus  
est defectuosus, semper benignè, quia aliter non  
recipiet, si iracundus & indignabundus. emenda-  
tor appetet. Verūm, quia sunt quidam qui huius-  
modi præludia non possunt sufferre, sed magis  
rotundo modo volunt alloqui, sed nescio si in spi-  
ritualibus deseruiat, scio quod taliter solent lo-  
qui! Ego sum simplex & planus, non possum me  
ita sapienter habere &c. Sed consideret vir sensa-  
tus, quām sint proni ad iram, si defectus eorum  
rotundo modo proferantur. Dicunt quidam se li-  
benter recepturos iuformationem & id ipsum pe-  
tunt, sed cūm res ad effectum venerit inflamman-  
tur, irascuntur, & nonnunquam peiores fiunt quā  
antē fuerunt. Modestia igitur est in talibus magis  
congrua, quamvis aliter quidam petant procede-  
dum: verūm quomodo cuncti procedatur, dum fra-  
ter emendatur, iatis est. Dixit quidam venerabi-  
lis pater in eremo: Dæmon non expellit dæmo-  
nem, sic vir passionatus nō curat passionatum. De  
hac autem materia, sunt multa dicta sanctorum  
patrum, quæ hoc vnanimiter concludunt, quod  
fraterna correctio securè fieri nō potest, nisi mul-  
ta discretione sit salita. Et sicut nemo leuiter pro-  
rumpere debet in propriam laudem, sic nec in a-  
liorum correctionem, quia alios rectè increpa-  
re, & se dignè laudare difficillimum est apud im-  
perfectos.

Ex Actis Synodi Augustensis. Caput septimum.  
Quos Græci Chorepiscopos, hoc est certarum  
regiun-

regiūclarum in qualibet diœcesi speculatores,  
alij Archidiaconos, alij Archipræsbyteros vocat,  
in nostra Ecclesia cathedrali quo ad certum distri-  
ctum mœnijs Augustanæ ciuitatis adiacentē, Ar-  
chidiaconi, in reliqua verò diœcesi Decanorum  
ruralium nomine censentur.

His igitur hoc statuto mandamus, vt hæc no-  
stra placita atque synodalia decreta curæ suæ pa-  
rochis publicent & exequantur, vt capitula sua  
ruralia sicuti haec tenus consuetum fuit congreget  
& seruent ad futuras synodos citati veniant: dili-  
genter quoque inuigilent, vt parochi subditos  
suos doceant, corrigant, & veluti pastores fideles  
in via catholicæ doctrinæ ducant, ne irregularita-  
te contracta ministrent, neve in foro conscientiz  
in dubijs consultent, nisi peritiores prius super  
his adhibuerint in consilium, ad hæc vt ab extor-  
tionibus & exactiōibus illicitis & insolitis ab-  
stineant, & libertatem Ecclesiasticam, quantum  
in eis est, tueantur. Nos etiam senis quibusq; men-  
sibus districtius regiunculæ suæ Ecclesiæ visitare  
& de omnibus rebus tam spiritualibus quam te-  
poralibus sibi concurrentibus curam habere pre-  
cipuam: & si quæ emendare non poterunt, ad sy-  
nodum pro tempore aut si mōra periculum ha-  
buerit, ad nos, vt opportunè prouidere de omni-  
bus possimus, referre iubemus. Si quos intrusos  
ad parochias aut alia beneficia Ecclesiastica in  
suis districtibus esse Decani intelleixerint aut su-  
spectas de surreptione absolutions dispensatio-  
nesve ostentari aut circumferri à quibuscumque  
cognoverint: eos moneant primum, ne sibi bene-  
ficia

ficia sacramentorumque administrationem usurpent neue gregem Christi huiusmodi dispensatio num vel absolutionum pretextu decipient. Si qui verò parere monitis noluerint, hi nobis à Decanis, quos fidei iuramento nobis prestitè super hoc admonemus, sine mora indicetur Decanis ruralibus iniungimus, ne in tēplis, sacellis aut oratorijs suarum regiuncularum picturas aut imagines quascunque depingi, sculpi, aut fieri nobis aut vi cario nostro inconsultis patiantur, vt in his veteris Ecclesie decorum sacrarum historiarum veritas & imaginum honestas maturore deliberati one circa ea præcedente consenseretur. Idem decernimus in ceteris dicecessis nostræ sacris ædibus omnibus diligenter obseruandum. Iisdem Decanis ruralibus præcipimus, vt in inquirendis hereticorum libris, aut de heresi schismateve suspectis, nullam diligentiam prætermittant. Contrahant etiam, undeconque in suis regiunculis pos sunt eiusmodi libros omnes, & in primis formulas administrationis sacramentorum, quas aduersarij ordinationes Ecclesiasticas vocant: eosq; libros ad nos quam primū transmittant, & in concessionibus suis sacramentorumque administratio ne, Catholicos doctores, & Romanę Ecclesię manualia sequantur: ceterisque eiusdem rei proficij sui cura monitores anthoresque existant. Ca 19. Catholicę Ecclesię pientissimae matris lenitas, de rigore poenarum canonicarum, de quibus canoness poenitentiales extant, tantum remisit populusque ex ea clemetia sibi permisit tantum, ut difficile sit eas leges hoc tempore in usum Ecclesiasticum.

Aa

fasticum

siaisticum reuocare. Nam cum Christianorum li-  
centia in peccando creuisset, s̄æpeque anni pœni-  
tentiales ex ijs canonibus numerum ingentem,  
pœnitentisq̄ue vitam etiam longissimam exce-  
dentem conficerent, aut senio morbisq̄ue grauati  
satisfacere nequirint: factum deinceps fuit, vt il-  
læ pœnæ ex clementissimæ matris Ecclesiæ indul-  
gentia, & thesauri meritorum Christi, & marty-  
rum dispensatione in eleemosynas orationes fa-  
crorum locorum visitationes, aliave Christiani  
hominis exercitia commutarentur. Quoniam i-  
gitur & pœnarum usus exoleuit, & indulgentiæ  
huiusmodi, hæreticorum culpa, apud plerosq̄ue  
contemptui sunt, parochis nostræ diœcesis iniun-  
gimus atque mandamus, vt confitentes harum  
pœnarum saltem admoneant, iudiciumq̄ue veter-  
is Ecclesiæ circa eas explicitent, & pestilentem il-  
lam opinionem, qua persuasum plerique habent,  
hominem peccati actualis pœnam diuinæ iusti-  
tiæ non debere, ex animis confitentium euellant,  
atque penitentialium canonum seueritatem pro  
recepta posterioris etatis consuetudine, orationi-  
bus, eleemosynis, ieiunijs, alijsq̄ue id genus pie-  
tatis operibus pro satisfactione pœnarum iniun-  
ctis mitigent, prouidentiique indicio pro lepra  
qualitate, pœnitentisq̄ue viribus, facultate & af-  
fectibus expensis, simul & medicinam animæ ul-  
ceribus adhibeant, & pœnas delinquentibus in-  
fligant. Ex Synodo Treuirense: Quemadmodum e-  
nim permagni refert, recte secusve discipulos  
præceptor doceat; ita plurimum interest, bene an  
malè viuat, qui vitæ aliorū fungendæ ac forman-

dz

dæ suscepit prouinciam. Ita enim siue natura siue moribus comparatum est, vt non tam facilè verba eius cui se totum quis credit, quam facta æmulari contendat. Quo fit vt si ij qui præsunt, perpetram agant, fiant ipsis subditi quā simillimi: vt nihil hoc Gregoriano verbo verius, quo ait, Gregem consequenter ferri in præceps, si per prærumpita vitiorum gradiatur pastor. Ex eadem Synodo Treuerensi: Nihil verò minus conuenit, quam vel sal fatuum fieri ac despere, vel lucem tenebrosam esse. Quorum hoc quidem tum denique fit, cùm ij quorum est sapientiam in alios transfundere, & quasi de suo lumine lucem in aliorū mentibus accendere, perniciosi & ipsis errant, & alios in errorem adducunt. Illud autem tūc fit, cùm ij, quorum refert sermone gratia salito, probatæque vitæ exemplo aliorum condire mores, luxosque solidare animos, aut non solidè docent, sed stulti ipsi cùm sint, fatua (vt Esaias ait) loquuntur: aut non ita vt loquuntur viuunt, quo fit vt doctrina illorum desipiat adeoque conculcetur, despiciatur, rejiciaturq; ab hominibus. vt hic quoque locum habeat Gregorianum illud Cuius vita despicitur restat vt eius prædicatio contemnatur: Prius illud doctorum ac pastorum genus Hieremias subinde taxat in Prophetis mendacia loquētibus, quibus nihil vanius esse possit, aut mandata hominum docētibus, aut alios vt ad præscriputum Mosaycæ legis viuerent vrgentibus, cùm diuerlum ipsis facerent. Ex Decretis Conc. Prouinc: Colon. Non alias sanè melius, quā in visitatione, deprehenduntur, corrigūtur & eradicātur errores

& vitia quæ visitatoribus dormientibus seminatur, crescunt, & securum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cùm dormirent homines, venit inimicus homo & superseminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati qui non visitant; soli vigilant, & seruent custodias noctis super gregem suum, qui mala quæ metuuntur visitatione præcidunt. Et quoniam semper oportet eos in sibi commissiores, habere oculos intentos, speculatores appellantur: Speculatorem, inquit Propheta, dedi te domui Israel. Nec aliud est Episcopus, etiam ex nomine, quam speculator. Hinc etiam Apostolus Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos. Et vniuerso, inquit gregi, qui visitationem requirit ut Episcopus nemini desit. Quale exemplum dedit ipse de se Apostolus, non semper prædicans, sed visitans etiam suos quos ad Christum conuerterat, ut explorarer, utrum seruarent doctrinas & traditiones Apostolorum & seniorum. Sic habitu Concilio Hierosolymitano in quo Apostoli & seniores statuerant, quoniam pacto lex vetus sepeliri debet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertentes visitamus fratres per vniuersas ciuitates, quomodo se habeant. Qualium visitationum frequens mentio est in Actis Apostolorum. cap. 20. commemorat Episcopis Asiaticis labores suos, ac tandem contestatur eos in hæc verba: Quapropter vos hodierna die, contestor quod mundus sum à sanguine omnium: Non enim subterfugi quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Qua-

fan

sanè contestatione pronunciat reos sanguinis omnium pereuntium animarum, Episcopos illos, qui oves suas non requirunt. Visitatione igitur opus est, cum Archidiaconali tum Episcopali, atque Archiepiscopali, & eorum, quibus hoc munericum incumbit ad extirpandos errores ac vitia & mores bonos plantandos, eosque in usu & vigore suo retinendos. Hactenus autem (quod negare non possumus) alto somno dormierunt Episcopi, de Archidiaconorum visitatione securi, qui speciem quandam visitationis retinuerunt, sed deformem, & prauorum officialium seu visitatorum quæstu vitiosam ac reprehensibilem. Nunquam profectò quod nunc sero querimur, tot heres & sectæ moresque corrupti eosque inualuisserent, nec iaceret adeò disciplina Ecclesiastica neglecta, si rectè visitatum ab Episcopis & Archidiaconis, & ijs quibus hoc munericum incumbit fuisset.

Quapropter Archidiaconis quidē totius Concilij autoritate mandamus & præcipimus, ut abusu correcto, visitationem instituant ad formulam reformationis nec quicquam finant in vitijs, pecunia vel munera causa, hærere iuxta superiores nostras constitutiones sub poena quā Episcopi vel superiores dignam iudicauerint. Episcopos autem requirimus, ut frequentius per hoc triennium visitent suas Dioeceses, cùm ad extinguendas hæresum & schismatum reliquias, tū verò ut Archidiaconales & inferiores visitatores suum morem retineant.

*Ex Decretis Concilij Provincialis Coloniensis.*

**S**alus Ecclesiae terror hostium eius, & fidei Catholicæ stabilimètum sunt synodi, quas etiam rectissimè corporis Ecclesiae neruos dixerimus. Neglectis enim synodis non aliter Ecclesiasticus ordo difflit, quam si corpus humanum neruis soluatur.

Ex Synodo Mogutinensi, Cap. 74. Hinc hortamur atque monemus omnes & singulos Clericos, ut vitam viuant, quam professio eorum exigit, & Christus requirit, inquiens. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut vident opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in celis est. Et cum vestitu honesto incedant, quapropter singulari cura intendat quisque Prælatus, ne ijs, quibus præst torques aureos publicè in Ecclesia, aut vestes varij coloris veluti virgatas & fimbriatas, aut discissas, deferant: sed longis atque talibus videntur. Nulla arma iuduant nisi itinerantes, barbamque non nutriant. Coronam & tonsuram deferentes, tum summoperè curantes, ne quem laicorum indecentia vestitus offendant, ut sacris Canonibus cautum est. Insuper tabernas publicas euitent, nisi eos peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi quam domi & alibi à crapula, ebrietatis omnique ludo à iure prohibito, blasphemis, rixis & alijs quibuscunque excelisibus & offensionibus penitus abstineant, Chro-

reas

reas spectaculaque & conuiua publica vitent, ne ob luxum petulantiamque eorum nomen Ecclesiasticum male audiat. Cumque secundum Apostolum nemo militans Deo, se se negotijs sacerdotalibus implicare debeat, nemini clericu liceat domi suae tabernam compotandiique locum aperire laicis: Quoniam non raro sequi solent ebrietatem, rixas, cades, & multa hoc genus scelera, quae Sacerdotalem polluit dignitatem negocationibus quoque mercemonijque more mercatorum, abstineant.

*Disciplina Ecclesiastica collecta ex Decretis primorum antiquissimorum Romanorum Pontificum.*

Ex Decretis Stephani Papæ vigesimi secundi. Decreto 2. Sed & qualiter obedientia vel reuerentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis.

In qua re valde est utile, si id quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda seruauerit. Omnipotens Deus, in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, ipse te tuosque, & diuina & Apostolicæ sedis instituta illibata seruare, & nos atque omnes fideles ad potiora semper concendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora ac Deo placita sectari, atque perficere concedat.

Ex decretis Eutychiani Papæ: Decretum octauum Episcopus in synodo residens, post congruā allocutionem, septem ex plebe eius Parochię vel

eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros in medium debet aduocare, & illatis sanctorum pignoribus vnumque illorum tali sacramento constringere, vt amodo in ante quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in ista Parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quoconque modo perueniat si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentalem ultanum celestis Episcopo aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque ex hoc te interrogaverit, sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquæ, & illud sacramentum quod iste iuravit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, in quantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in ante inquisiturus es, sic te Deus adiuuet.

Ex Decretis Gaij Papæ: Decreto I. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis, quid iuxta Catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis authoritas, subiectis aliquibus etiam sanctorum capitulis regularum, te creditus instruendum.

Ex Decretis Innocentij Papæ: Caput I. Innocentius vniuersis Episcopis in Toletana Synodo constitutis dulcissimis fratribus in Domino salutem. Sapè me & nimium cùm teneret cura sollicitum super dissensionis schismate Ecclesiarum quod

quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus quas prauæ consuetudinis vitio Hispaniæ Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpendemus ne perturbationes quam plurimas Ecclesijs moueremus. Quorū factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Ex Decretis Cælestini Papæ Capitulum tertium:  
Docendus est populus non sequendus. Nosque (si nesciunt) eos quid liceat quidve non liceat, commouere, non his consensum præbere debemus:  
Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiat censuram Apostolicæ sedis minimè defuturam. Quæ enim sola admonitionis autoritate non corrigimus, Necesse est per seueritatem congruentem, regulis vindicemus: per totas ergo hoc (quæ proprijs rectoribus carent) Ecclesijs voluntus innotescat ut nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data 12. Kalendas Augusti:  
Florentio, & Dionysio consulibus.

Ex Decretis Leonis Papæ: Decretio I. Quia et si plerumque existant, inter negligentes vel desides fratres quos oporteat maiore autoritate curare, sic tamen est adhibenda correptio, ut semper sit salua dilectio. Vnde & beatus Apostolus Paulus ad Ecclesiasticum regimen Timotheū im-

378      DE DISCIP. ECCLES.  
buens, dicit: Seniorem ne increpaueris, sed obse-  
cra vt patrem iuuenes vt fratres, anus vt matres  
Iuuenculas vt sorores in omni castitate Q[uod]e mo-  
deratio in quibusunque in inferioribus mem-  
bris ex Apostolica insititutione debetur: quanto  
magis fratribus & coexcommunicationis nostris  
sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquā  
accedant quæ in sacerdotalibus sint reprehenden-  
da personis, plus tamen erga corrigendos agat  
benevolentia quā seueritas plus cohortatio quā  
commotio, plus charitas quam potestas. Sed ab  
his qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Chri-  
sti facilè ab hác lege disceditur: & dum domini-  
ri magis quām consulere subditis quærunt, pla-  
cket honor, inflat superbia: & quod proximum est  
ad concordiam, stendit ad noxam, Decreto 11. Ad  
hunc enim finem affectum nostrum curamq[ue]; di-  
rigimus, vt quod ad vnitatem concordiae, & quod  
ad custodiā pertinet disciplinæ nulla dispen-  
satione violetur, nulla desidia negligatur.

Ex Decretis Hilarij Papæ. Ac deinceps nihil  
quod cōtra disciplinam Ecclesiasticam veniat, si-  
cut haec tenus factū est perpetretur. Tuæ solicitu-  
dini est frater charissime, omnia debita tibi au-  
thoritate tueri, & illicitis non modò non præbe-  
re assensum sed etiam cuncta quæ contra regulā  
facta repereris, coercere: atque ante omnia sola  
vnirate decernimus, Irenēum ad Ecclesiam suam  
redire compelle.

Ex Decretis Nicolai 1. Papæ: Tit. 4. ca. 9. Si quis  
dogmata mandata interdicta sanctiones vel de-  
creta pro Catholica fide vel Ecclesiastica disci-  
plina

pliha pro correctione monumentum vel futuro-  
rum malorum à sedis Apostolicæ præsule salu-  
briter promulgata contempserit, anathema sit.  
Tit.ii.c.5. Quoniam mali bona administrando, se-  
tantummodo lœdunt. Fax accensa sibi quidem de-  
trimentum præstat alijs verò lucem in tenebris  
administrat: & vnde alijs commodum exhibit,  
inde sibi dispendium præbet.

## CAPVT XII.

*Sequuntur testimonia de Disciplina Ecclesiastica ex  
Decretis Gratiani i. part. Dist. 8.ca. 2.*

**Q**Uæ contra mores hominum sunt flagitia, pro  
morum diuersitate vitanda sunt; vt pactum  
inter se ciuitatis aut gentis consuetudine, vel le-  
ge firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine  
violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuer-  
so non congruens. Dist. 12.c.1. Quiequid ergo sine  
discretione iustitiae contra huius disciplinam a-  
ctum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.  
Dist. 17.c.4. Si forte (sicut de talibus scriptum est)  
Peccator cum venerit in profundum malorum,  
contenit ita obstinati, & contumaces extiterint,  
vt doceri non velint eos ab iisdem Apostolicis se-  
dibus aut attrahi ad salutem quoquo modo ne-  
cessere est, aut (ne aliorum perditio esse possint) se-  
cundum canones per sæculares comprimi potes-  
tates. Ex Decreti parte i. Dist. 18. Episcop. igitur  
concilia ut ex premissis appareat sunt inualida ad  
definiendum, & constituendum, non autē ad cor-  
rigendum. Sunt n. necessaria Episcoporum concilia  
ad exhortationem, & correctionem. Dist. 18.ca.6.

Perue-

380 DE DISCIP. ECCLES.  
Peruenit ad nostras aures, quod in prouincij sc̄o-  
ftitura Episcoporum concilia minimē celebren-  
tur. Hoc ex eo probatur quod multæ qua corre-  
ctio opus habent, Ecclesiasticæ res negligan-  
tur. Distinctione 21. Cap. 1. Episcopi autem grā-  
cè latine speculatores interpretantur: nam spe-  
culator est præpositus in Ecclesia dictus, eo quod  
speculetur, & perspiciat populorum infra se po-  
sitorum mores & vitam. Distinct. 21. Cap. 6. Per  
hoc innuitur, quantæ censuræ freno inferioris  
quiq; à suis præpositis iudicandis coercendi sunt  
si nec hi etiam benedicendi ius ullum penitus  
obtineant. Distinctione 21. Cap. 9.

Contumacia permanens erga primæ sedis Ro-  
manæ Priuilegium, resipiscere à suis superstitio-  
nibus ut seruaretur à prima sede Apostolica no-  
luit. Distinct. 23. Ca. 6. Quanquam omnes qui sa-  
cri mancipiantur ordinibus canonice reguliste-  
neantur ad stricti, expedibile tamen est, ut pro-  
missionis suæ vota sub cautione spondeant, quos  
ad promotionis gradus Ecclesiastica probat di-  
sciplina. Solet enim plus timeri, quod singulari-  
ter pollicetur, quā quod generali sponsione con-  
eluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vi-  
vus quisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est ad-  
scensurus non ante honoris consecrationem ac-  
cipiat, quām placiti sui adnotatione promittat,  
ut fidem Catholicam sincera cordis deuotione  
custodiens, iustè & piè viuere debeat, & nullis o-  
peribus suis canonice regulis contradicat. Dist.  
22. Cap. 25.

Et ne pestis hæc latius diuulgetur, per omnes  
Prouincias

Prouincias abstergi citissimè mandamus. Decre-  
ti prima parte. Distinct. 25. Cap. 1. Ab Archidiaco-  
no nuntiantur Episcopo excessus Diaconorum:  
ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieuniorum  
dies, atque solennitatum, & ab ipso publicè in  
Ecclesia prædicatur, quando vero Archidiaconus  
absens est vicem eius Diaconus sequēs adimplet.  
Archipræsbyter verò se esse sub Archidiacono,  
eiusque præceptis, sicut Episcopi sui, sciat obedi-  
re & (quod specialiter ad eius ministerium per-  
tinet) supra omnes presbyteros in ordine positos  
curam agere, & assiduè in Ecclesia stare: & quan-  
do Episcopi sui absentia contigerit ipse vice eius  
Missarum solemnia celebret & collectas dicat,  
vel cui ipse iniunxerit. Ibidem: Clericos quos de-  
linquere cognoscit, ipse distingat; quas vero e-  
mendare non valet, eorum excessus ad agnitio-  
nem Episcopi deferat. Dist. 23. Cap. 2. Audire Epi-  
scopum attentius oportet: & ab ipso suscipere  
doctrinam fidei: monita autem vitæ à præsbyte-  
ris inquirere, à Diaconis verò ordinem Discipli-  
na. Distinct. 27. c. 7. Nam si consenserimus, quod  
omnia sacramēta Ecclesiastica quisq; prout vult,  
singat, & non verè faciat omnis ordo Ecclesiasti-  
cus turbabitur; nec Catholicæ fidei iura confi-  
stunt, nec canones sacri ritè obseruantur.

Ibidem: Tales, nisi replicant spirituali gladio  
percutere censemus: Distinct. 28. cap. 16. Quia be-  
nedicere alijs eum, qui vulnera sua debet curare,  
consequens non est. Distinct. 29. cap. 3. Et quomo-  
do B. Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scri-  
bens Ecclesias, in unaquaque earum specialia vel  
vitia

vitia reprehendit, vel virtutes probat, ita & san-  
ctus Apostolus Paulus per singulas Ecclesias vul-  
neribus medetur illatis: nec ad instar imperi-  
tum medici uno collyrio omnium oculos vult cu-  
rare.

Distinct. 32. cap. 6. Prohibentur ergo de mani-  
bus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non  
quoniam sint vera quantum ad formam, & effectum,  
sed quia dum huiusmodi sacerdotes se a populo  
contempsos viderint, rubore verecundiae facili-  
ius ad poenitentia prouocentur.

Decreti prima parte: Dist. 34. ca. 7. Et quamvis  
multa sint quae in huiusmodi casibus obseruari  
canonicę iubeat sublimitatis autoritas, tamen  
quia defectus nostrorum temporum, quibus non  
solum merita, sed corpora ipsa hominum defec-  
terunt, distinctionis illius non patitur in omni-  
bus manere censuram, & aetas istius de quo agi-  
tur futurae incontinentiae suspicione auferre di-  
noscitur: ut ad diaconatum possit prouehi tem-  
porum ut dictum est, concidentes defectui con-  
cessisse nos noueris.

Distinct. 37. cap. 5. Heli sacerdos ipse sanctus  
fuit, sed quia filios suos non erudiuit in omni di-  
sciplina & correptione, supinus cecidit, & mor-  
tuus est.

Distinct. 38. cap. Placuit ut ordinandis Episco-  
pis vel clericis prius ab ordinatoribus suis de-  
creta conciliorum auribus eorum inculcentur,  
ne se aliquid contra statuta concilij fecisse poci-  
teat. cap. 10. Quicunque stultus est in culpa, erit  
sapiens in poena.

Distinct.

Distinct. 40. cap. 8. Sicut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt presbyterium; & electio & consecratio vnum faciunt Episcopum quæ omnia vnu efficiunt corpus: quod citius corruptitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

Distinctione quadragesima tertia, cap. 1. Dum culpas corripere metuant, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. qui iniqitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertio est sermo correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit ipse etiam, qui perpetrauit.

Hinc Paulus ait, ut potens sit in doctrina sanæ exhortari; & eos, qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur Labia sacerdotes custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est. Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.

Praconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradatur.

Distinct. quadragesima tertia. ca. quarto. Quia cum increpare delinquentes noluerit eos procul dubio tacendo pastor occidit.

Distinct. 43. cap. 5. Sicut non leue discriminum.

incumbit P̄tificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & Ecclesiæ correctione quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, cuicum debeant parere despiciunt. Distinct. 44. ca. 1. Non ergo a spere quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur magis docendo, quam iubendo; magis monendo, quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando, vindictam futuram, ne nos ipsi nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius monebuntur spiritales, aut spiritualibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo fragratur. Distinct. 44 cap. 12.

Qui adhuc vitiorum bello subiacent nequam quam per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent. Distinct. 45. ca. 3. Qui sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem redditia ad planum ratio poterat renocare pellat procul aduersitas. Dist. 45. cap. 4. Licer plerumque accident in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda; plus tamē erga corrigendos agat benevolentia, quā seueritas; plus cohortatio, quā comminatio; plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione aut sine peccato vivat.

Distinct. 45. cap. 8. Non est dignum, ut passim  
vnuſ.

vniusquisque prælatus honorabiliora mēbra sua,  
prout voluerit, & e i placuerit, verberibus subij-  
ciat, & dolori: ne dum incantē subdita percutit  
membra ipse quoque debitam sibi subditorum  
reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam  
sapientis dixit. Leuiter castigatus reuerentiam ex-  
hibet castiganti: aspersitatis autem nimiae incre-  
patio nec correctionem recipit, nec salutem. Et  
ideo si quis aliter, quam dictum est, prædictos  
honorabiles subditos licentia perceptæ potesta-  
tis elatus, malitia animi tantum, crediderit ver-  
berandos; iuxta modum verberum, quæ intulerit  
excommunicationis pariter, & exilio sententiam  
sustinebit. Decreti prima parte. Distinct. 45. cap.  
10. Omnis qui iuste iudicat stateram in manu ge-  
stat & vtroq; penso iustitiam & misericordiam  
portat: sed per iustitiam reddit peccanti senten-  
tiā; per misericordiam peccanti temperat poe-  
nam: vt iusto libramine quædam per æquitatem  
corrigat: quædam vero per miserationem indul-  
geat. ca. 11. Et qui emendat verbree, in quem pote-  
stas datur, vel coercet aliqua disciplina; & tamen  
peccatum eius, quo ab illo Iesus, aut offensus est,  
dimittit ex corde vel orat, vt ei dimittatur, non  
solum in eo quod dimittit, atque orat verumet-  
iam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria  
poena plectit, eleemosynam dat; quia misericor-  
diā p̄ficit. Multa enim bona p̄stantur inui-  
tis, quādo eorum consulitur, vtilitati noti volun-  
tati, quia sibi ipsi inueniuntur, esse inimici. ca. 14.  
Sunt namque nonnulli ita disticti, vt omnem et-  
iam mansuetudinem benignitatis amittant, &

Bb

funt

sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis, vnde cunctis rectoribus vñque summoperè sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine distinctionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt, nec disciplinæ vigorem moliant, cum infirmorum animos consolantur, Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem: & sicut alterum commendetur ex altero, vt nec vigor strigidus, nec mansuetudo dissoluta. cap. 16. Bonitemenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensates magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes aberroris laqueo eruere, quam per austeriorum in foueam perditionis nutantes propellere, vnde Doctor gentium factus sum inquit, infirmus infirmis. Decreti prima parte. Dist. 45. cap. 17. Sed illud non otiosè transmittendum est, quod uno peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt & verentes peccantium linguas ne forte male de eis loquantur, sacerdotalis severitatis immemores nolunt cōplere quod scriptum est. Peccantem coram omnibus argue ut ceteri timoren habeant, & iterum: Auferte malum à vobis: nec zelo Dei successi imitantur Apostolum dicentem. Tradid: huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis ut spiritus saluus fiat. Neque illud Euāgelij imp̄lere student, vt si videant pec-

cantem

cantem; primo secretè conueniant; post etiā duobus vel tribus adhibitis; quod si contempserint, & post hæc Ecclesiæ correctione non fuerit emendatus de Ecclesia expulsum velut gentilē habeant ac publicanum, ne dum vni pareunt vniuersitate Ecclesiæ moliantur interitū. Quæ ista bonitas, quæ ista misericordia vni parcere & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex uno peccatore populus. Sicut ex una oue morbida vniuersus grex inficitur; sic uno fornicante, vel aliud quodcunque scelus committente plebs vniuersa pollluitur. Dist. 46. ca. 1. Cum austerritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non tranquillè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. cap. 2. Sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent quæ increpare debuerūt. Hinc enim per prophetam dicitur: vñ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippè puluillus ponitur ut mollius quietatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum sub cap. vel cubito iacentis ponit ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Dist. 47. ca. 9. Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quā arca Noe, ubi tamē inter octo homines unus reprobus inuentus est, aut melior quā domus Abrahæ, cui dictū est. Eiже ancillā, & filium eius, aut melior sit, qđ domus Iacob: cui de duobus geminis dictū est Iacob dilexi, Esau aut odio habui & infra:

Simpliciter autem fateor charitati vestrae coram Domino Deo nostro qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire coepi; quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasterio profecerunt; ita non sum expertus peiores quam qui in monasterijs ceciderunt, ita ut hinc arbitror in Apocalypsi scriptum. Iustus iustior fiat; & sordidus sordescat adhuc.

Dist. 47. cap. 10. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus à via recta, & à certa regula non recedamus; quaudo & Apostolus instruat dicens. Si hominibus placet Christi seruus non essem. Decreti 1. parte. Diuinct. 50. cap. 1. Si lapsis ad suum ordinem reuertendi, licentia concedatur; vigor canonicæ procul dubio frangitur disciplinæ: dum pro reuersionis spe prauæ actionis desideria quisque concipere non formidat. Cap. 3. Circa quem tamen mitius agendum est: quia commissum facinus faciliter dicitur professione confessus. cap. 4. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus tale quid estimaret, vel post quantamcunq; penitentiam concedendum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Ca. 7. Si Episcopus, præsbyter, aut Diaconus Capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit; ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quam diu vixerit, laicam tantummodo communione accipiat. cap. 14. Sed si aliquis lapsus quounque modo fuerit, portenus eum & fraterno corripiamus affectu: sicuti ait. B. Apostolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos

qui

qui spiritales estis; instruite huiusmodi in spiri-  
tu lenitatis; considerans te ipsum ne & tu tente-  
ris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebi-  
tis legem Christi. Ibidem: Sententiam fratres;  
quæ misericordiam vetat, non solum tenere sed  
& audire refugite; quia potior est misericordia  
omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

Coutumaces clerici, prout dignitatis ordo  
permiserit, ab Episcopis corriganter, & si qui  
prioris gradus elati superbia communionem for-  
tasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare  
vel officium suum implere neglexerint, peregri-  
na eis communio tribuatur; ita ut cum eos poenit-  
tentia correxerit rescripti in matricula gradum  
suum, dignitatemq; recipient.

Dist. 50. cap. 25. vt constitueretur in Ecclesia ne  
quisquam post alicuius criminis poenitentiæ cle-  
ricatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in  
clericatu maneat; non desperatione indulgentia,  
sed rigore factum est disciplinæ. Alioqui contra  
claves datas Ecclesiæ disputabitur, de quibus di-  
ctum est quæ solueritis in terra, soluta erunt &  
in cœlo. Sed ne forte etiam de cœteris crimini-  
bus, spe honoris Ecclesiastici animus intumes-  
cens, superbè ageret poenitentiam; seuerissime  
placuit, vt post aetam de criminе damnabili poe-  
nitentiam nemo sit clericus: & desperatione tem-  
poralis altitudinis, medicina maior & verior es-  
set humilitatis. Nam & sanctus Dauid de crimi-  
nibus mortiferis poenitentiam egit, & tamen in  
honore suo perstitit. Et Beatum Petrum, quando  
amarissimas lachrymas fudit, vtique Dominum

390 DE DISCIP. ECCLES.  
negasse penituit, & tamen Apostolis mansit. Sed  
nō ideo superiuacua putanda est posteriorum  
diligentia qui vbi saluti nihil detrahebatur, hu-  
militati aliquid addiderunt, quo salus totius Ec-  
clesiae muniretur, experti, credo aliquorum fi-  
ctas poenitentias per affectatas honorum poten-  
tias. Cogunt n. multas inuenire medicinas, mul-  
torum experimenta morborum. Verum in huius-  
modi causis, vbi per graues dissensiones scissuras,  
non huius, aut illius hominis est periculum, sed  
populorum strages iaceret, detrahendum est ali-  
quid seueritati, ut maioribus malis sanandis cha-  
ritas sincera subueniat. Decreti 1. parte. Dist. 50. c.  
26. Absit à Romana Ecclesia vigorem suum tam  
profana felicitate dimittere, & neruos seuerita-  
tis euersa fidei maiestate dissoluere, vt cū adhuc  
non tantum iaceant, sed & cadant euersorum fra-  
trum ruinæ, properata nimis remedia communi-  
cationis utiq; non profutura præstentur, & noua  
per misericordiam falsam vulnera veterib. trans-  
gressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad  
euersionem maiorem eripiatur & poenitentia. V-  
bi enim poterit indulgentia medicina proficere,  
si etiam ipse medicus intercepta poenitentia in-  
dulget periculis si tantummodo operit vulnus, nec  
sinit necessaria temporis remedia obducere ci-  
catricem. Hoc non est sanare, sed si dicere verum  
volumus, occidere. ca. 28. Hi enim non immerito  
consequuntur ademptæ dignitatis statum; qui per  
emendationem poenitentia recepisse noscuntur  
remedium vitæ. c. 29. Sed quia fortè non desunt,  
quibus pro nimia pietate suprascripta Sanctorum

Patrum

Patrum leueritas minimè placeat; sciant se 218. Episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Niceno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte maior est in illis pietas, quam in suprascriptis trecentis decem & octo Episcopis? maior est in illis misericordia quam in S. Ioanne Apostolico Papæ major charitas, quam in reliquis sanctis sacerdotib. qui hoc exemplo remedia Ecclesiarum suis definitionibus delibauerūt. Et idēò aut prompta voluntate præceptis illorum contentiant; aut si nō fecerint omnibus illis contrarios se & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista iustitiae inimica benignitas palpare crimiuosos, & vulnera eorum usque in diem iudicij incurata seruare? Quod si eos durissimam poenitentiā per plures annos visideremus agere; tunc nos & saluti eorū possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cum verò in aliquibus nec compunctione humilitati, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec Beatum David imitentur, qui dicit Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo. & illud Cinerem, tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam, nec eos ieunius, vel lectionibus vacare videamus; possemus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto corpore, & animæ suæ inimica securitate permanerent; credentes quod sic eis, non acta poenitentia digna, dimiserit Deus, quomodo sacerdotes induluisse videntur, verè dico, quia illi ipsi quib. cum periculosa

& falsam misericordiā indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, cōtra nos causam dicturi sunt dicentes quod dum aut asperitatem linguae eorum expūimus, aut falsa blandimenta, & periculosa adulatioē ipsorum libēter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permitimus non recolentes illud, quod in veteri testamento scriptum est quia vno peccante, contra omnes ira Dei desæuit. cap. 41.

Si quis homicidium fecerit, si Episcopus est, xv. annos pœnitentia, & deponatur, cunctos quoq; dies vitæ suæ peregrinando finiat. cap. 44. Si quis voluntariè homicidium fecerit, ad ianuam Ecclesiæ Catholicæ subiaceat semper & communionem in exitu vitæ suæ recipiat. cap. 53.

Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris ut ex sua infirmitate cognolceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. c. 62. Quamuis cautè & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantu in Ecclesia concedatur, ne medicina nimis utilis vilis habeatur; tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur. c. 63. Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & crucium super caput à laicōde (sicut ubique constitutum est) consequantur.

Dist. 55. ca. 2. Dignum est ut seueritatem Ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter sanctis patri institutam obseruare contemnit.

Decre,

Decreti i. parte, dist. 55. C. 12. Præcepta canonū, quibus Ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur venire; ita & si quis in eo fuerit sauciatus, amittere nō potest quod tempore suæ sinceritatis accepit. C. 13. Hoc tamen sollicitudinis tuæ sit, ut locum ei penitentiæ constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare præsbyterum.

Dist. 61. C. 2. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis. & infra. Longa debet vitam suam probatione monstrare; cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. C. 3. Emendationem esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Ibidem: Quis enim quem paulò ante vidit iacentem veneretur anti-stitem? Præferens memorandi criminis labem, nō habet lucidam sacerdotij dignitatem.

Dist. 63. C. 3. Talem itaque in Pontificali constituite sede; cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & eius monitorium tanquam homines deliquerimus, necessariò velut curantis medicamenta suscipiamus. C. 24. Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere distinctionem canonicam nullo modo cessa-bo.

Dist. 74. C. 6. Quia tales erga subiectos nostros debemus existere quales nobis, si subiecti fuissimus, nostros volueramus esse præpositos. Dist. 81. C. 2. Netmo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem

innocentiae conuersatione demonstrat. C.ii, Romanus Ecclesiæ Thæanensis clericus pro crimine adulterij, quod admisso perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in urbe Romana agenda ad pœnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Decret 1. parte. dist. 82, C. 4. Ferro necesse est ut abscondantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. Dist. 83. C. 2. Nemo quippe in Ecclesia nocet amplius, quam qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquenter namque hunc nemo redarguere presumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur; quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam Episcopus. C. 3. Error, cui non restitutur, approbatur; & veritas, cum minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo sciætatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. C. 5. Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrat. C. 6. Perdit enim labiorum memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia. Dist 84. C. 1. Quod si ita est, nō sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare, atq; coercere, vt dignum est distulisti. C. 2. Si quem verò eorum post hæc negligentē esse cognoueris, ad noseum sine aliqua excusatione transmittē, vt quam sit graue, nolle ab his, quæ reprehē-

præhensibilia & valde vituperanda sunt corrigi, regulari in se valeat distinctione sentire. Dist. 86.  
C.1. Inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis referendæ sunt quam ad desides, negligentesque rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam dum austeriore dissimulant adhibere medicinam.

C.2. Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sanguientis plectatnr animo sed medentis. C.3. Facientis culpā procul dubio habet qui quod potest corriger, negligit emendare. Scriptum quippè est. Non solum qui facinnt, sed etiam qui consentiūt facientibus participes iudicantur. Et libat Dominus prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere cum possit deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odiisse se vitia qui condemnat errantes. Nec relinquunt sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus innocentiae gradus est odiisse nefandæ. Et latum pandit delinquētibus aditum, qui iungit cū prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato. C.4. Quando necessitas disciplinæ minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit; si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium

omnium Domino qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quauta benevolentia diligatis. C. 23. Si quid vero de quocunque clero ad aures tuas peruerterit, quod te iuste possit offendere, facilè nō credas; nec ad vindictam te res accendat incognita sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tūc si qualitas rei poposcerit canonica districtio culpam feriat delinquentis. Dist. 89. C. 7. Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuarentiam minores potioribus exhiberent & potiores minoribus dilectionem impenderent; vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & reætè officiorum gereretur administratio singulorum. Neq; enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiatione ordo seruaret. Dist. 90. C. 5. Clerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundū arbitrium Episcopi Ecclesiasticam suscipiant disciplinam. Dist. 93. C. 8. Nulla ratione clerici aut fæderotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, i. siue cap. prisca Ecclesiæ consuetudo nominauit.

Decret. 1. part. dist. 93. C. 21. Si negligenter ea, quæ malè usurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus. C. 23. Nunc autem ex quo in Ecclesijs, sicut in Romano imperio, crevit auaritia, perijt lex de fæderote, & visio de Prophetæ. Singuli quippe per potentiam Episcopalis nominis quæ sibi illicite absque Ecclesia vindicarunt, totum quod

quod leuitarum est in usus suos redigūt, nec hoc  
sibi, quod scriptum est vendicant, sed cunctis au-  
ferunt vniuersa. Mendicat infelix clericus in pla-  
teis; & ciuili operi mancipatus publicam à quo-  
libet deposcit alimoniam. Et quidem ex eo de-  
spicitur cunctis sacerdotale officium, dum mis-  
ericordia desolatus, iustè putatur ad hanc igno-  
miniam deuenisse & infra. Solus incubat bonis,  
solus vniuersa sibi vendicat: solus partes inuadit  
aliens, solus occidit vniuersos, & paulò pōst.  
Hinc propter sacerdotum avaritiam odia consur-  
gunt, hinc Episcopi accusantur à clericis; hinc  
principium litis; hinc detractionis causa; hinc o-  
rigo criminis. Etenim si unusquisque ita in hoc  
mundo visibili aliiquid possidere iubetur, ut sua  
tantum possessione contentus sit, ac res non inua-  
dat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineā,  
non subuectorium aliquod, non famulos, non  
fructus, quantum magis qui Ecclesię Dei p̄œst de-  
bet ita in omnibus seruare iustitiam, ut sibi hoc  
tantum vendicet, quod sui iuris esse cognoscit a-  
liena non rapiat? aliena non contingat? & qualem  
se ceteris faciat? & sicut siue his in ministerio nō  
viuit, ita in dispensatione non viuat? Distinct. 96.  
cap. i. Benè quidem fraternitas vestra Ecclesiasti-  
cis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij,  
quaे erant statuēda, definiuit; & ad iustitiæ cumu-  
lum peruenit, dum sufficienter vniuersa com-  
pletebitur, nec adiectione indiget plenitudo, ma-  
xime de clericis quos amor dominationis inua-  
sit, & iugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respu-  
tre. ca. 9. Quis dubitet sacerdotes Christi, regum  
& prin-

& principum omniumque fidelium patres & miles censeri. Nonne miserabilis insanæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulns magistrum sibi conetur subiugare, & iu quis obligationibus illum suæ potestati subiucere, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse, & solui? Dist. 100. C. 9. Sed quoniam cum honoris augeamento cura quoque solicitudinis debet accrescere, ut cultui vestium actionis quoque ornamenti conueniant; oportet, ut enixius in cunctis se subdijs vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, ut vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

Decreti 2. part. Causa 1. Quæstione 1. C. 7. Quia & visitatum est tantum malum, & maiorum frequenter constat mucrone succidum; nos quoque huic vulneri canceroso ignitum quod supererat adhuc injicimus ferrum. C. 18. Cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus infidum est, medicina est adhibenda, qua possit recuperare sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta si necatrice esse non poterit, atque ubi poenitentia remedium necessarium est, illicò ordinatio honorem locum habere non posse decernimus. C. 23. Fertur simoniaca heres (quæ prima contra Dei Ecclesiam diabolica plantatione subrepit, & in ipso ortu suo, zelo Apostolice virtutis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, B. Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operi-

operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti cōvincitur obtinere pér præmium? & post pauca. Hinc igitur non solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verū etiam excellentiæ vestræ regnum Episcoporum culpa (quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur. Ibidem: Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracudiam prouocant, quam per semetiplos populis placare debuerant. C. 44. Hi quoſcunque de affeclis suis ordinant, clericos & vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. C. 116. Flens, dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit.

Decreti 2. part. Causa 1. Quæſt. 4. C. 9. Humanæ impietas ei nocet, quem peruerendo inquinat: & rursus eum adiuuat nostra iustitia quem à præuis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare neſciunt ea, quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt. Quæſt. 4. C. 11. Aliquando pro meritis prælatorū deprauatur vita subditorū ut prælatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant, sicut filij Israel diu portantes

peccata.

peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt  
in manibus hostium. Item Dauid populum nume-  
rauit; quo peccato gladius Domini desævit in po-  
pulum. Sed in latâ gente gloria regis est, in di-  
minutione plebis contritio principis. Quæst. 5. C. 3.  
Ex consideratione discretionis ( quæ mater est o-  
mnium virtutum) magis, quam ex rigore canorū  
misericordię viscera adhibendo, ipsum in eodem  
ordine esse fraternitati tuæ consulimus: Quæst. 7.  
C. 5. Nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur  
ex dispensatione misericordiæ. Multorum enim  
crimina sunt damnabilia, quæ tamen Ecclesia to-  
lerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis,  
vel necessitatis, siue utilitatis & pro euentu rei. C.  
6. Necessaria rerum dispensatione costringimur,  
& Apostolicæ sedis moderamine conuenimur  
sic canonum paternorum decreta librare, & re-  
tro præsulumdecessorumque nostrorum præce-  
pta metiri, ut quæ præsentium necessitas tempo-  
rum in restaurandis Ecclesijs relaxanda deposita,  
adhibita diligent consideratione ( quantum po-  
test fieri) temperemus.

## CAPVT XI.

*Decreti 2. part. Causa 1. Quæst. 7. C. 14.*

**Q**uoties à populis aut à turba peccatur, quia in  
omnes propter multitudinem non potest vin-  
dicari, inultum solet transfire. Priora erga dimi-  
tenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima so-  
licitudine precaendum C. 18. Sed circumstan-  
cias, hinc mansuetudo clementiæ hinc censura  
iusti-

derunt  
in nume  
t in po  
dimi  
5. C. 3.  
r est o  
canorū  
eodem  
qæst.  
axetur.  
n enim  
esia to  
ietatis,  
re. C.  
gimur,  
enimur  
, & re  
præce  
tempo  
eposicit  
um po  
  
quia in  
test vin  
i dimitt  
ima so  
uistant  
censura  
iustifi  
iustitiae, vt credamus quædam delicta vt cumque  
toleranda, quædam verò penitus amputanda. Il-  
los ergo quorum prouectio hoc tantum reprehē-  
sionis incurrit quod ex laicis ad officium Episco-  
pale delecti sunt locum suum tenere permitti-  
mus, non præjudicantes Apostolicę sedis statutis,  
nec beatorum Patrum regulas soluentes; quia re-  
missio peccati non dat licentiam delinquendi;  
nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit  
amplius impune committi: ne, quod ad tempus  
pia lenitate cōcessimus iusta post hac vltione ple-  
ctamus. C. 22. Saluberrimum enim & spiritualis  
medicinae utilitate plenissimum est, vt siue præf-  
byteri, siue diaconi, cuiuslibet ordiuis clerici qui  
se correctos videri volunt, atque ad Catholicam  
fidem, quam iam pridem amiserant, rursum re-  
uerti ambient; prius errores suos, & ipsos aucto-  
res errorum damnari à se sine ambiguitate fate-  
antur: vt sensibus prauis etiam peremptis nulla  
sperandi supersit occasio ne vllum membrum ta-  
lium possit societate violari: cum per omnia illis  
professio coeperit obuiare. Circa quos etiam il-  
lam canonum constitutionem præcipimus custo-  
diri vt in magno habeant beneficio, si adempta si-  
bi omni promotionis, in quo inueniuntur ordi-  
ne, stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata  
tinctione non fuerint maculati. Canon 23. Etsi il-  
la nonnunquam finenda sunt, quæ si cæterorum  
constet integritas nocere sola non valeant: illa  
tamen sunt magnoperè cauenda quæ recipi, nisi  
manifesta decoloratione non possunt. Ac, si ea i-  
psa, quæ nullo detimento aliquoties indulgenda

CC

CRE

creduntur, vel rerum temporumque cogit intui-  
tus, vel acceleratae prouisionis respectus excu-  
sat, quantumagis illa nullatenus mutilanda sunt,  
nec vlla necessitas, nec Ecclesiastica prorsus ex-  
torquet vtilitas.

Decreti 2. parte. Causa 1. Quæstione 7. Can. 25.  
Per illicitam manus impositionem vulneratum  
caput illius, qui videbantur aliquid accepisse, ha-  
bebant: & ubi vulnus infixum est, necesse est me-  
dicinam adhibere, qua infixa sanetur macula: id  
est recitari necesse est, quod legitimè actum, aut  
collatum minimè probatur.

Decreti secunda parte, Causa secunda. Quæ-  
stione 1. Can. 18. Multi corriguntur, ut S. Petrus  
multi tolerantur, ut Iudas: multi nesciuntur, do-  
nec veniat Dominus qui illuminabit abscondi-  
ta tenebrarum. & infra. Nos verò à communione  
prohibere non possumus ( quamuis hæc prohibi-  
tio nondum sit mortalís, sed medicinalis) nisi  
aut sponte confessum, aut in aliquo, siue secula-  
ri, siue Ecclesiastico iudicio nominatum, atque  
conuictum. Quis enim sibi vtrumque audeat al-  
sumere, ut cuiquam ipse sit & accusator & iudex.  
**Ibidem:** De his autem, qui foris sunt Deus iudi-  
cabit. Auferte malum à vobis ipsis. Quibus ver-  
bis ostendit non temerè, aut quomodolibet,  
sed per iudicium auferendos esse malos ab  
Ecclesiæ communione, ut si per iudicium auferri  
non possunt tolerantur potius; ne peruersè ma-  
los quisque euitando, ab Ecclesia ipse discedens,  
eos, quos fugere viderit, vinciat ad gehennā. Quia  
& ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exem-

pla

pla proposita: velint in messe, vt palea sufferatur  
vsque ad ultimum ventilabrum: vel intra illa re-  
tia, vbi pisces boni cum malis vsque ad segregati-  
onem, quæ futura est in littore, id est in fine  
sæculi, æquo animo tolerentur. Non enim con-  
trarium est huic loco id quod alio loco dicit A-  
postolus; Tu quis es qui iudicas alienum seruum?  
suo Domino stat aut cadit. Noluit enim hominé  
ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel e-  
tiam extraordinario usurpatō iudicio: sed potius  
ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, siue ul-  
tro confessum, siue accusatum, atque conuictum.  
C.19. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus  
quæ peccantur coram omnibus. Ipsa vero corri-  
pienda sunt secretius, quæ peccantur secretius.  
Decreti 2. parte. Causa 2. Quæst. 7. C.1. Quia pro  
meritis subditorum disponitur à Deo vita recto-  
rum.

Decreti 2. parte. Causa 2. Quæst. 7. C. 45. Sed si  
quis aduersus eos, vel Ecclesias eorum commo-  
tus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recur-  
rat charitatis stndio, vt familiari colloquio com-  
moniti ea sanent, quæ sananda sunt; & charitati-  
vè emendent, quæ iustè emendanda cognouerint.  
C.21. Sunt nonnulli, qui præpositos suos peruersè  
reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extite-  
rint. Can. 27. Plerunque boni viri propterea suf-  
ferunt aliorum peccata, & tacent; quia sæpè dese-  
runtur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsis  
sciunt, iudicibus probare non possunt. Ibidem:  
Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati

Ec 2

qui

qui subditorum culpam misericorditer portant,  
& eorum iusfirmitati humiliter compatiuntur. Ibidem: Leuita qui manum adhibuit, significat illos qui misericordiae compassionem in prælatis suis repræhendunt, eosque in seueritatis axiaturtudinem erigere volunt. Ibidem: Factæ enim pastoris, oris gladio, id est, sententia damnationis à subditis ferienda non sunt. Ibidem: Vel per David significantur, qui nequitiam suorum prælatorum videntes, maiora eorum peccata contènunt, minima verò & leuia, quasi extremam oram chalydis præcedentes reprehendere, & lacerare satagunt. Ibidem: Infames enim fiunt (ut canonum tradit auctoritas) omnes qui in Patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. C.31. Etiam docti ab indoctis, à laicis clericis merito redarguantur: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen à proposito præui itineris retardatur. C.32. Qui nec regiminis infestationem habuit, nec sua delicta detergit, nec filiorum crimen correxit; canis impudicus dicendus est magis, quā Episcopus. C.39. Quid est, quod de rigore cōgimur seruare disciplinæ, aliud quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus ad se argendum Iudæos admisit perfectio ne humilitatis, non seueritate iuris. C.41. Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus vestro, amissorum vestrorum cuncta volumus emenda re iudicio: quoniam si nos, qui aliena debemus corriger peccata, peiora committimus; certè non

veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. C. 46. Sicut inquit laudabile, discretumque est reuerentiam, & honorem debitum exhibere prioribus; ita re-stitudinis, & Dei timoris est, si qua inter eos correptione indigent, nulla dissimulatione postponere; ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. C. 47. Transgressionis vltio fiat, & cæteris interdictio delinquendi. C. 55. Negligere cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam foruere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Can. 58. Cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo plerumque clerici, qualis secreto sit vita sui Pontificis nesciunt, quam, ut dictum est sacerlares pueri sciunt:

Decreti 2. parte. Causa 3. Quæstione 7. Can. 3.  
Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Ibidem: Quid est, quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpa feriantur, ut ipsi iam mundi per vltionem veuiant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Can. 4. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putauerit

Cc 3

puni-

punienda, ne cùm de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate duatur. Can. 6. Nos videlicet typicè instituens, ut cùm quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, dígito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli; Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Can. 7. Hinc liquidò constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crima feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis verò prosunt, si eorum increpatione correcti vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare didicerint.

Decreti 2. parte. Causa 5. Quæst. 5. Can. 1. Non vos iudicetis esse malevolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe inocentes estis, si fratres vestros quos iudicando corrigeremus, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet secari nonne crudeliter à te filetur, ac misericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifestare crimen ne deterius putrefaciat in corde? Can. 2. Non omnis qui parcit amicus est; nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum severitate diligere, quam lenitate decipere. Ibidem: Et qui phreneticum

cum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verum etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sapè etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame Patriarchas etiam pios, & religiosos, populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertio rogatus, ut virtutem in infirmitate perficiat. & infra. Noueris aliquando lupum, auertendis pecoribus pabulum spar gere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Can. 3. Non osculatur, semper pater filium, sed aliquando castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas; quæ dulciores sunt, cum amarissimè inferruntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quam blanda remissio. Vnde ait Propheta: Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Causa 6. Quæstione 1. Canone 3. Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. valde cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntariè noluerint compellendi: quia infamiae maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. Similiter & illi de quibus ipse ait: Cum huiuscmodi hominibus nec cibum sumere, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotiali auctoritate sanentur, & in gremio

sanctæ matris Ecclesiæ redintegrentur: quia qui extra nos sunt, nobis cum communicare non possunt. C. 5. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque ac discretam à sacerdotalibus, & laicis hominibus esse, & spirituales quoque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, ut à talibus arguamur, & iudicemur vel ab humano die. C. 11. Plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciviant, atque in ima ruant. C. 13. Capite languente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumptunt his qui substantias aliorum, prædiisque diripiunt. C. 22. Eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt.

Decreti 2. parte. Causa 6. Quæst. 2. C. 2. Si tantum Episcopus alieni sceleris se consciū nouit, quamdiu probare non potest nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis corruptionibus elaboret. Quod si forte corruptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiamsi Episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus (licet ab ijs, qui nihil sciunt, secedete ad tempus pro personæ maioris auctoritate iubetur) ille tamen, quamdiu nihil probari potest in communione omnium præterquam eius qui eum reum iudicat, permanebit. Quæstione 2. Can. 1. Scriptum est in lege, Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet,

sed

sed manu spicas conterere, & manducare. Falce  
ergo iudicij mittere non potes in eam segetem,  
quaer alteri videtur esse commissa: sed per effectum  
boni operis frumenta Dominica vitiorum suo-  
rum paleis expolia, & in Ecclesiaz corpus mouen-  
do, & persuadendo, quasi mandendo, conuerte.  
Causa 7. Quæst. 1. Ca. 2. Cum percussio corpora-  
lis imminet vtrum pro purgatione, an pro vin-  
dicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur,  
& ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio:  
ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat. Decre-  
ti 2. parte. Causa 8. Quæst. 1. Ca. 23. Quid autem  
ego vos arguo cum possitis me uno sermone con-  
vincere? conuincor enim cum in hac parte cleri-  
cos vobis magis video negligentes. Quomodo e-  
nim possum corrigere filios cum fratres emen-  
dere non possum? aut qua fiducia succenseam lai-  
ciscum à consortibus pudoris verecundia conti-  
nescam? Ego autem fratres non de omnibus lo-  
quor sunt certè quidam deuoti sunt & alij negli-  
gentes. Ego neminem nomino: conscientia sua v-  
numquemque conueniat.

Decreti secunda parte. Causa 9. Quæst. 1. Ca.  
5. vbi enim multorum strages iacet, ibi subtrahen-  
dum est aliquid seueritati, vt addatur amplius  
charitati. Quæst. 3. cap. 6. Si autem aliquis metro-  
politanorum inflatus fuerit, & siue omnium cō-  
prouincialium præsentia, vel consilio Episcopo-  
rum aut eorum, aut alias causas, (nisi eas tantum  
quaer ad propriam suam Parochiam pertinent) a-  
gere aut eos grauare voluerit: ab omnibus distri-  
ctè corriganter, ne talia deinceps præsumere au-

Cc 5 deat.

deat. Si verò incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum iudicia referri præcepta sunt, eius contumacia referatur: ut vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habent.

Decreti 2. parte, Causa 10. Quæst. 1. ca. 4. Regenda est unaquæq; Parochia sub prouisione, ac uitiose Episcopi per sacerdotes vel cæteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit, qui iure pertinere videtur, & circumire, ut sibi necessarium visum fuerit Ecclesiastica utilitate cogente. Ca. 9. Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sint Episcopi quidam nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum Parochias circumire: qui tamen exigunt, ut mansiones, quibus in profectione vii debuerant, aliquo pretio redimant, qui parere debebāt. Quæ duplex infamia, negligentia & auaritia sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaq; ne quis ultra exerceat, id cupiditatis ingenium, & ut sollicitiores sint Episcopi de suis gregib. visitandis. ca. 10. Decreuimus ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab Episcopo dioeceses visitentur; & si qua forte basilica fuerit reperta destituta ordinatore eius reparari precepitur: quia 3. pars, ex omnibus per antiquam traditionem ut accipiatur ab Episcopis, nouimus esse statutum. c. 7. Observandum etiam modis omnibus, ut si quando eis peragrādæ Parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, inquirendis rebus emendatione dignis in prædicatione verbi Dei, in lucris animarū potius, quæ in

in deprædandis & spoliandis hominibus, & scan-  
dalizantib[us] fratrib[us] operam dent. Decreti 2. par-  
te. Causa II. Quæst. 1. c. 6. Nullus clericus, aliū cle-  
ricum ad iudicem sacerdotalē accusare aut ad cau-  
sam dicēdam trahere quocunq[ue]; modo præsumat,  
sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi  
sui, aut præsbyterorum, cum Archidiaconi præ-  
sentia finiatur. Quod si quis clericus hoc adimple-  
re distulerit, si minor fuerit, uno minus de 40. i-  
ctus accipiat, si verò honoratior. 30. dierum in-  
clusione mulctetur. ca. 20. Istud est, quod à vobis  
poposcimus, & nunc iterum postulamus, vt Pauli-  
num Aquileiensem Pseudoepiscopum, & illum  
Mediolanensem Episcopum ad clementissimum  
Principem sub digna custodia dirigatis, vt & iste,  
qui Episcopus esse nullatenus potest, quia con-  
tra omnem canonicam consuetudinem factus est,  
alios ultra non perdat, & ille qui contra morem  
antiquum cum ordinare præsumpsit, canonū vin-  
dictæ subiaceat. c. 39. Si sua vnicuique Episcopo iu-  
risdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt  
per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit  
ordo, confundatur. c. 40. Dumq[ue] solum simplici-  
tati à vobis studetur, quantū videmus, disciplina  
negligitur. Quæst. 3. c. 3. Cauendum est, ne cum ea  
pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro vnius  
mulierculæ passione vincitus, & obligatus ad per-  
enne traharis exitium. Deterius quippè in po-  
pulis prælati delinquunt: ac pro lapsu crudelius  
quam cæteri puniuntur, vt ait Beatus Gregorius:  
Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vn-  
quam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot  
ad subditos suos perditionis exempla transmit-  
tunt.

tunt. Vnde necesse est ut tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt non soli moriuntur. Can. decimo tertio. Absit ut quidquam sinistrum de his arbitremur, qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos etiam Christiani sumus: qui claves Regni cœlorum habentes, ante iudicij diem iudicant, veteri quidem lege habentur: quicunque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur à populo aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruento. Nunc verò inobediens spiritali animaduersione truncatur, & electus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur. ca. 31. Nemo contemnat vincula Ecclesiastica. Non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris. ca. 96. Ita corporis tui cedere motibus consensisti, & relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum misericordie & in lutum fecis prohibitum deieisti: ut qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi, & Guntharij duoum Episcoporum legitimus casus: qui pro eo, quod te minime competenter erudierunt, quin immo quia pruaricationem tuā tegere argumentis suis, & sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdā exquisitis adiunctionibus æquitatē obruere studuerunt nostra sunt Apostolica autoritate, & ab omni Episcopatus regimine regulariter sequestrati. Ca. 106. Debent duodecim sacerdotes Episcopum circumstare & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicatio-

culationis proijcere debent in terram, & concul-  
care pedibus: Deinde epistola per Parochias mit-  
tatur continens excommunicatorum nomina, &  
causam excommunicationis, Ca. 108. Cum ali-  
quis vel excommunicatus, vel anathematizatus,  
poenitentia ductus veniam postulat & emenda-  
tionē promittit; Episcopus qui eum excommu-  
nicauit, ante ianuas Ecclesię venire deberet, & duo  
decim præsbyteri cum eo, qui eum hinc inde cir-  
cunstare debent. Et si ille terræ prostratus veniā  
postulat, & de futuris cautelam spondet: tunc E-  
piscopus apprehensa manu eius dextera in Eccle-  
siam illum introducat, & communioni Christi  
reddat, & septem psalmos poenitentiales de-  
cantet cum istis precibus, Kyrie eleison, Pater  
noster, Saluum fac seruum tuum, Oratio: Præsta  
quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pe-  
nitentiæ fructum: ut Ecclesiæ tuæ sanctæ à cuius  
integritate deuiauerat peccando, admissorū ve-  
niā consequendo reddatur innoxius. Per. &c.  
Decreti 2. parte. Causa 16. Quæst. 1. ca. 17. Ferro e-  
nim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non  
fientur. Similiter & illi extorres debent fieri ab  
Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corri-  
gentur, dicente Domino. Auferte malum ex vo-  
bis. Quæst. 2. c. 1. Quorum auertétes calliditates,  
& hoitius versuti suaiones, deinceps omnibus li-  
centiam Monachis damus suarum Ecclesiarum  
inuestidores fieri: ita tamen ut iudicio synodi si  
contra sacerdotiū agere præsumperint multen-  
tur, & fœlici mucrone Episcopi sacerdotum pia-  
cula reſecentur. Quæst. 6. Ca. 3. Delictum perso-  
næ in

414 DE DISCIPL. ECCLES.

næ in damnum Ecclesiæ non est conuertendu.  
Cap. 5. De lapsis sacerdotibus vel leuitis vel quo-  
libet ex clero obseruare te volumus, vt in rebus  
eorum nulla contaminatione miscearis: sed pau-  
perrima regularia monasteria require, quæ secu-  
dum Deum viuere sciuntur, & in eisdem mona-  
sterijs ad poenitentiam lapsos trade, vt res lapso-  
rum in eodem loco proficiat, in quo agere poen-  
tentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus illorū  
subsidiū habeant, qui de correctione eorum  
solicitudinem gerunt.

Decreti 2. parte. Causa 17. Quæst. 4. c. 35. Si quis  
autem hoc decretum tentauerit violare, & Eccle-  
siasticæ excommunicationi subiaceat, & seueri-  
tatis regiæ feriatur sententia. Causa 21. Quæst. 1. c.  
2. Desertorem autem clericum cingulo honoris,  
atque ordinis sui exutum, aliquo tempore Mona-  
sterio relegari conuenit, sicque postea in ministe-  
rium Ecclesiastici ordinis reuocari. Causa 23. qu.  
3. c. 8. Qui potest obuiare, & perturbare peruer-  
sus & non facit, nihil aliud est, quam fauere eoru  
impietati. Nec enim caret scrupulo societatis oc-  
cultæ, qui manifesto facinori definit obuiare. Ca-  
9. Iustum est qui diuina contemnunt mandata, &  
inobedientes Patrum existunt iussionibus, seue-  
rioribus corrigantur vindictis: quatenus ceteri  
alia committere timeant, & omnes gaudeant fra-  
terna concordia, & cuncti sumant seueritatis  
que bonitatis exemplum. Nam si (quod ab sit) Ec-  
clesiasticam solicitudinē vigoremq; negligimus  
perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium  
profeclò nocebitur. ca. II. Ostendit Propheta nec  
illos

illos immunes à scelere esse, qui permiserūt Chri-  
stum principibus interficere, cum præ multitu-  
dine timerentur, & possent illos à facto, & se à  
consensu liberare. Qui definit obuiare cum po-  
test, consentit. Quæst. 4.c. 5. Quisquis vel quod po-  
test, arguēdo corrigit, vel quod corrigeret non po-  
test, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo  
pacis vinculo excludere non potest, æquitate im-  
probat, firmitate supportat; hic est Pacificus, & ab  
isto maledicto de quo scriptura dicit vñ his, qui  
dicunt, quod nequam est bonum; & quod bonum  
est nequam, & reliqua omnino liber prorsus se-  
curus, penitus alimus. & infra. Quomodo, inquit  
Parmenianus, incorruptus poteris permanere,  
qui corruptis sociaris. cap. 6. Ita planè, si sociatur  
quis malis, id est, si mali aliquid cum eis commit-  
tit, aut committentibus fauet. Si autem neutrum  
facit; nullo modo sociatur. Porrò si addit tertium  
vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat  
iustus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam  
personā gerit, & ratio conseruandæ pacis admit-  
tit, coram omnibus peccantes arguat, vt ceteri ti-  
meant, remoueat etiam vel aliquo gradu hono-  
ris vel ab ipsa communione sacramentorū, & hæc  
omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio  
persequendi; plenissimum officium non solum  
castissimæ innocentiae, sed etiam diligentissimæ  
seueritatis impleuit. Causa 23. Quæst. 4.c. 15. In E-  
uangelio autem populus gratiæ liber, & adultus  
filiali amore, & hereditatis certitudine ad cultū  
diuinę seruitutis inuitatur, vnde cum quidam le-  
gem, quasi coercentem, prædicarent esse tenen-  
dam

416 DE DISCIP. ECCLES.

dam, simul cum gratia, ait Apostolus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamans, Abba Pater. Ca. 16. Sunt quædam, quæ salubri duntaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animadnertenda: sed eorum vindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes vide. licet disciplinā exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris vel quia illorum crimina, et si nobis nota sunt, tamen manifestis indicijs probari non possunt. Ca. 17. Infideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & conuiuium. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & biberit. In his vero, qui intus sunt, id est infidelibus putredo refecanda est. c. 18. Quidam verò contraria periclitantes, cum bonorum malorumq; permisitionem in Ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ præcepta didicerint quæ ita nos firmissimos reddunt, ut etiam si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impeidiatur, aut fides aut charitas nostra; ant quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus destituendam putent Ecclesiæ disciplinam quandam peruersissimam securitatē præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat nisi dicere, quid cauedum, quidve faciendum sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utriusque testimonij tutam sententiam moderari: vt & carnes in Ecclesia propter pacem Eccl<sup>æ</sup>

clesiae toleremus. & canibus sanctum, ubi pax Ecclesiae tuta est, non demus. Cum ergo seu per negligentiam prepositorum seu per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in Ecclesia malos quos Ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus: tunc ne ascendat in cor nostrum impia & perniciosa presumptio: qua existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis cōpage, quasi à malorum consortio segregatos; veniant in mentem illae de scripturis similitudines, & diuina oracula, vel certissima exempla quibus demonstratum, & prænuntiatum est malos in Ecclesia permistos bonis usque in finem saeculi, tempusque iudicij futuros, & nihil bonis in unitate, ac participatione sacrionē. Cxii, qui eorum factis non consenserint, obceptio; &c. cu[m] vero eis per quos Ecclesia regitur, a[m] multit[u]dine potestas disciplinæ aduersus impios aut nefarios exercenda, tunc rursus ne socordia, segnitiaque dormiamus, alijs aculeis preceptorum, quæ ad seueritatem coercionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimonij illo duce atque adiutore dirigen[ti]es, nec patientiae nomine torpescamus, nec obtentu diligentiae sequiamus. C. 19. Quando ita cuiusque crimen notum & omnibus, & omnibus execrabilis appareat, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos schisma possit continere, non dormiat seueritas disciplinæ. Cap. 20.

Dd

No[n]

Non est negligenda correptio quamvis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cùm miseretur, atq; adiuuat qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere. C. 24. Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio ille ligando, iste cædendo sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant; ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. Ibidem. Sed sibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in râta mortis præcisionis iaceat ut isto quodâ vulnere matris Catholicæ reuiuiscant. Cū enim præcisis ramis interitur, fit aliud vulnus in arbore quo possiciecipi, ut vivat, qui sine vita radicis peribat: sed ei receptis recipiendi coaluerit: & vigor consequetur & fructus: si autem coaluerit, ille quidem rescit, sed vir bonus permanebit. Est enim & tale inserens demon, ut nullo præciso ramo qui intus est, erint, & patris est, inseratur: non tamen nullo, sed velleissimo arboris vulnere. Ita ergo & isti cùm ad radicem Catholicam veniunt, nec eis quamvis post erroris sui poenitentiam honor clericatus, aut episcopatus aufertur, sic quidem aliquid tanquam in cortice areoris matris conservitatē seueritatis: veruutamen quia neq; qui plâtat est aliquid, neq; qui rigat ad Dei misericordiâ precibus fusis, coalescente insitorum pacis ramorû charitas operit multitudinē peccatorum & paulò post: verū in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent? detrahendum est aliquid seueritati, ut mai-

maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. C. 25. Quid faciet hic Ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquerens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vèl potest? Vtrisq; sit, necesse est, molestia quia neutrīs est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: sed perseverat diligentia charitatis phreneticū castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur: sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quam diu ægri sunt, indignantur; sed ambo sancti, gratulatur. C. 26. Quod Christus discipulos increpauit quia ignem super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant; ostenditur nobis non semper in eos qui peccauerint, vindicandū: quia non nunquam amplius prodeit, clementia tibi ad patientiam, lapsō ad correctionē. C. 32. Non potest esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinē. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quàm dolor & gemitus, ut per illud sigmaum, quod Ezechieli sancto reuelatur, illasi euadere ab illorum vastatione mereantur, & infra. Reuera, si contagio peccandi multitudinē innaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est. Nam cōsilia separationis & inania sūt, & perniciosa, atq; sacrilega, quia & impia superba sunt, & plus perturbant infirnos bonos q̄ corrigūt animosos malos & infra. Turba autē iniquorum, cū facultas est in populis promendi sermonem generali obiurgatione ferienda est: & maxime si occasionem atq; opportunitatē præbue-

rit, aliquod flagellum desuper Domini, quo eos  
appareat pro suis meritis vapulare. C. 33. In ipsa  
Ecclesia, vbi maximè misereri decet, teneri quā  
maximè debet forma iustitiae, ne quis à commu-  
nionis consortio absentus breui lachrymula a-  
que ad tempus parata, vel etiam vberioribus fles-  
tibus communionem, quamplurimis debet po-  
stulare temporibus, à facilitate sacerdotis extor-  
queat, Nonne cum vni indulget indigno, pluri-  
mos facit ad prolapsionis contagium prouocare.  
Facilitas enim venia, incentiu[m] tribuit delin-  
quendi. Ca. 35. Duo ista nomine cum dicimus, ho-  
mo peccator; non vtique frustra dicuntur. Qui  
peccator est, corripe; quia homo est miserere; non  
omnino liberabis, hominem nisi cum persecu-  
tus fueris peccatorem. Hinc officio nostris inu-  
gilet disciplina, sicut cuique regenti apta & ac-  
commodata est non solum Episcopo regenti ple-  
bem suam, sed etiam regenti pauperi domum  
suam diuiniti regenti familiam suam, marito re-  
genti coniugem suam Patri regenti prolem sua  
iudici regenti Provinciam suam, regi regenti ga-  
tem suam, & paulò post. Ita, nulli homini clau-  
denda est misericordia: nulli peccatori impuni-  
tas relaxanda est. C. trigesimo septimo. Nimirum  
sunt inquieti Donatistæ, quos per ordinatas  
Deo potestates cohiberi, atque corrigi mihi no-  
videtur inutile. Nam de multorum iam corre-  
ctione gaudemus. Item infra. Si enim quisquam  
inimicum suum periculis febris febren-  
cum factum currere videret in præcipitiū: non  
ne tunc potius malum, pro malo redderet: si eum

siccurrere permitteret; quam si corripiendum ligandumque curaret. Et tamen tunc ei molestissimus, & aduersus simus videretur; quando utilissimus, & misericordissimus extitisset. Sed planè salute reparata tanto ei vberius, gratias ageret: quanto sibi eum minus perpercisse sensisset. & post pauca. At enim quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligenda est medicina; quia non nullorum est insanabilis pestilentia? Item post aliqua. Non omnis qui parcit, amicus est nec omnis qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat; quam esurienti panis frangitur, ut iniustitiae seductus acquiescat. Item post pauca. Putas neminem debere cogi ad iustitiam: cum legas patrem familias dixisse seruis. Quoscumque inueneritis cogite intrare; cum legas etiam ipsum primo Saulum postea Paulum ad cognoscendam & tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse copulum. Item post pauca. Et noqueris aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Item infra. Si semper esset culpabile persecutionem facere; non scriptum esset in sanctis libris Detrahentem proxino suo occul te, hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur; iniustus est; & qui eam facit iustus est. Sed planè semper & mali persecuti sunt bonos & boni persecuti sunt malos, illinocendo per iniustitiam,

422 DE DISCIP. ECCLES.

isti consulendo per disciplinam illi immaniter,  
isti temperanter: illi seruietes cupiditati, isti charitati. Nam qui trucidat; non considerat quemadmodum laniet: qui autem curat, considerat quemadmodum fecerit. Ille enim persequitur sanitatem iste putredinem. Occiderunt impij prophetas; occiderunt impios & prophetae. Flagellauerunt Iudei Christum, Iudeos flagellauit & Christus: traditi sunt Apostoli ab hominibus, potestati humanae; tradiderunt, & Apostoli homines potestati Satanae. In his omnibus quid attenditur; nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniustitate, quos nocendi causa, quis emendandi. Ca. 38. Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati; quare mouetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idem dicit. Tu percutis eum virga: animam autem eius liberas a morte. Si mala voluntas semper suae permittenda est, libertati; quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis. Errantem ouem non reuocatis; perditam non inquistis. Ca. 53. Debet homo diligere proximum tanquam seipsum: ut quem potuerit hominem vel beneficentiae cōsolatione, vel informatione doctrinæ vel disciplinæ correctione adducat ad colendum Deum. Decreti 2. parte. Causa 23. Quæst. 5. C. 1. Sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum; ubi nec sauiendis relaxatur audacia, nec poenitendi medicina subtrahitur. Imple Christiane Iudex pij patris officium: sic lucense iniustitiae, ut consulere humanitati memini.

memineris: nec in peccatorum atrocitatib. exerceas vlcscendi libidinem sed peccatorum vulneribus curandis adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti: quando tantorum scelerum confessionem non extendeat equuleo, non sulcantibus vngulis, non verentibus flammis sed virgarum verberibus eruisti: qui modus coercionis & à magistris artium liberalium & ab ipsis parentibus & səpē etiā in iudicijs solet ab Episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius inuenisti, inquirendi quam puniendi necessitas maior est: Ad hoc enim & mitissimi homines facinus occultū diligenter atq; instanter examināt, vt inueniant quibus parcant. C.3. Ex occasione terribilium iudicij ac legum, ne æterni iudicij pēnas luant, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus indigni sunt, coerceri. Sic igitur eorum peccata compellege, vt sint quos peniteat peccasse. C.4. Omnis inquit, anima potestatis sublimioribus subdita sit, &c. Hęc verba Apostoli utilitatem vestrę seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immater, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio contemnatur: quia & plectendo & agnoscendo hoc solum benè agitur ut vita hominum corrigatur. Quod sitanta est peruersitas, & impietas, ut ei corrigen-  
dæ nec disciplina prospicit, nec venia; à bonis ta-

men intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate non nisi officium dilectionis impleatur. C. 18. Non frustra sunt instituta potestas, regis, & cognitoris ius, vngu. Iæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis seueritas etiam boni Patris, habeant omnia ista modos suos causas rationes, utilitates, hæc cum timentur; & mali coercentur, & quietius inter malos viuant boni. C. 20. Principes sacerduli nonumquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent; ut per eandem disciplinam Ecclesiastica muniant, Ceterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent; nisi ut quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem potestas hoc impleat per disciplinæ terrorē. Sæpè per regnum terrenum cælestè regnum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamq; disciplinam, quā Ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicib. superborum potestas principalis imponat: & ut **venerationem** mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sacerduli Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes siue soluatur: ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesia creditit. Can. 22. Incestuosi parricidæ homicidæ multi apud nos reperiuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus quos oportet per secula.

cularis potentiae disciplinam à tam prava consuetudine coerceri; qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari. Can. 33. Ad fidem nullus est cogendus inuitus sed per seueritatem, imò & per misericordiam Dei tribulationū flagellis solet perfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur; id è mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen malè viuēdi vtrix disciplina præposta est; nisi cura præcedens benè viuendi doctrinam prætendant. C. 35. Illi autem, qui vos tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniae priuatione deterrendos coercendosque decernunt, vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione libermini; & rectores diligentissimi & consultores piissimi deputantur. C. 36. Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cædis aut, tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc te amare vicinum tuum, quando eū non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emendandum. Si sunt boni mores; delectent; si sunt mali emendentur. C. 38. Qui vitijs nutriendis parcit & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tamen non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat ploraitem: & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinxit. C. 39. Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quam per antistites, & rectores Ecclesiarum vindicantur: sicut cum quis interfici-

D d 5

cit

cit Pontificem Apostolicum Episcopum, presbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos reges, & principes mundi dominant. Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera dijudicant. Sunt enim maximè constituti propter latrones, homicidas, raptores: ut & illos damnent, & alios suo timore compescant. C. 42. Qui verò malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat; non persequitur iste, sed diligit. Ibidem: Multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis agēda sunt, quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis asperè, nunquam paternus amor amittitur: fit tamen quod nollet, ut doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Ecce videatis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur coercendo talia; sed diligit emendando tales semper Ecclesia. C. 47. Ne tamen eiusdem Ecclesiæ matris disciplina deseratur; eo tenore, quem diximus, poenitentiam eis indicito congruentem; qua diuinæ simplicitatis oculos aduersus se complacare valeant; si forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrint.

Decreti 2. parte. Causa 23. Quæst. 6. C. 2. Quod errauerat ( inquit Dominus ) non reuocasti; & quod perierat, non requisisti. Hoc vobis per nos ipse Deus facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatum temporalium leges. Quæst. 8. C. 12. Scriptum quippe est: Qui crimina cùm po-

test

test emendare, non corrigit, ipse committit. C. 13.  
Legi Syromasten Phinees, austeritatem Heliæ, ze-  
lum Simonis Chananaei, Petri seueritatem, Ana-  
niam & Sapphiram trucidantis, Paulique con-  
stantiam, qui Elymam magum vijs Domini resi-  
stentem æterna cæcitate damnauit. Non est crude-  
litas crimina pro Deo punire: sed pietas. Can. 33.  
Quicunque percutit malos in eo quod mali sunt,  
& habet causam interfectionis; minister Dei est.  
Causa 24. Quæst. i. C. 5. Manet ergo Petri priuile-  
gium, vbi cunque ex ipsius fertur æquitate iudici-  
um: nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi  
nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod B. Pe-  
trus aut soluerit aut ligauerit. C. 21. Non affera-  
mus stateras dolosas vbi appendamus quod volu-  
mus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro  
dicentes; hoc graue hoc leue est: sed afferaamus di-  
uinam stateram de scripturis sanctis, tanquam de  
thesauris dominicis: & in illa, quid sit grauius, ap-  
pendamus: imò non appendamus, sed à Domino  
appensa recognoscamus. Tempore illo, quo Do-  
minus priora delicta recentibus pœnarum exem-  
plis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum,  
atque adoratum est, & propheticus liber ira regis  
contemptoris incensus, & schisma tentatum: & i-  
dolatria gladio punita est; exustio libri belli  
cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu ter-  
ræ sepultū, auctoribus viuis, & ceteris cœlesti ig-  
ne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sce-  
leratus commissum, quo d est grauius vindicatu.  
Can. 38. Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore  
projectum à vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur,

qui

qui excepto errore, quo à nobis separamini, sine  
crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed  
nec facile ista monstratis: & si monstratis nonnul-  
los toleramus, quos corrigere, vel punire non  
possumus: neque propter paleam reliquimus ar-  
cam Domini: neque propter pisces malos rumpi-  
mus retia Domini: neque propter hædos in fine  
segregandos deseruimus gregem Domini: neque  
propter vasa facta in contumeliam migramus de  
domo Domini. C. 39. Subdiaconus quondam Spa-  
niensis Ecclesie, vocabulo Primus cum ab accessu  
indisciplinato sanctimonialium prohiberetur,  
atque ordinata & sana præcepta contemneret, à  
clericatu remotus est. & infra. Ego, si Domino  
placet, istum modum seruo, ut quisquis apud eos  
propter disciplinam degradatus ad Catholicam  
transire voluerit; in humiliatione pœnitentie re-  
cipiatur, quo & ipsi eum forsitan cogerent, si apud  
eos manere voluisset.

Decreti 2. parte. Causa 24. Quæst. 3. C. 5. Non in  
perpetuum damnamur, cùm iniuste iudicamur,  
dicente Psalmo: Nec damnabit illum cùm iudi-  
cabitur illi. Multi sacerdotum, culpam zelo Dei  
se persequi profitentur. Sed dum indiscretè hoc  
agitur, sacrilegij facinus incurruunt: & dum præci-  
pitæ quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque  
multò magis deterius cadunt. Can. 12. Cùm sancti  
viri maledictionis sententiam proferunt; non in  
hanc ex voto vltionis, sed ex iustitiæ examine pro-  
rumpunt: Intus enim subtile iudicium aspiciunt,  
& mala foris exurgentia, quia maledicto debeat  
ferire, cognoscunt; & eo in maledicto non pec-  
cant,

cant, in quo ab interno iudicio non discordant.  
C.17. Corripiantur itaque à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate vementibus, proculparum diuersitate diuersis vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit Episcopale iudicium (qua poena in Ecclesia nulla maior est) potest, si Deus voluerit in correctionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus, quid contingat sequenti die: An ante finem vitæ huius de aliquo desperandū est? Aut contradicente Deo potest ne respiciat, & det poenitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque non contriti, à reatu quamvis iustæ damnationis absoluat, damnatumque ipse non damnnet? Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpent dira contagia separare ab ouibus suis morbidam ouē, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus saluos fieri. C.18. Ecce autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, yndecunque claruerint, quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igne quodam piæ increpationis vrenda sunt & curanda. Quod si ueris sic quidem æquanimiter sustinetis, ac piè increpantis medela processerit in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint: tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne sicut caro morbis mortua, si abscissa non fuerit,

fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corruptit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctoruin societate permanserint, eose exemplo suæ perditionis inficiant. Ca. 37. Vnde apparet liquidò, aliud esse excommunicationē, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicatur. Ut spiritus eius saluus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio, & non eradicationē.

Decreti 2. part. Causa 25. Quæst. I. C. 4. Nullifas sit sine status sñi periculo vel diuinæ constitutions, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis desides fuerimus inuenti; quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentia sacerdotum. Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perficitur: & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium. Quæst. 2. C. 3. Britannorum vero omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur peruersi auctoritate corrigantur. Can. 10. Absit à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratribus meorum iura perturbo. C. 18. Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro Catholicæ fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione scelerorum, vel interdictiōne imminentium, vel futurorum malorum, à sedis Apostolicæ presule salubriter promulgata contempserit, anathema

thema sit. Causa 20. Quæstione 5. C. 10. Contra idolorum cultores vel aruspices atque sortilegos, fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publicè in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tanti labo sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis vitæ periculo adhortatione sua foria reuocare. Quod tamen si emendare se à talibus, atque corrigerre nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus: & si quidem serui sunt verberibus, cruciatibus, quibus ad emendationem pernenire valeant, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna districtaque sunt in pœnitentiam redigendi, ut qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. Quæstione 7. C. 2. Tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Can. 4. Pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiam & bonitatem Dei. Ca. 5. Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. C. 7. Pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impeditatur. C. 8. Hoc sit in iudicio positum eorum qui præfunt, vel quanto tempore, vel quali modo penitere debeant qui delinquent: quia ætas & eruditio multa haberi facit differentiam pœnae. C. 12. Alligant autem ouera gratia & importabilia, &c. Tales sunt nunc etiam sacerdotes: qui omnem iustitiam populo mandant:

dant: & ipsi nec modicè seruant: videlicet non videntes sint iusti: sed vt dicentes apparent iusti. Tales sunt, & qui graue pondus venientibus ad poenitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt: & sic, dum poena præsentis poenitentiæ fugitur; contemnitur pena peccati futura. Sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris; necesse habet, vt aut faciem reijciat, aut sub pondere confringatur: sic & homini, cui graue pondus poenitentiæ imponis, necesse est, vt aut poenitentiam tuam reijciat, aut suscipiens, dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde etsi erramus modicam poenitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere quam propter crudelitatem? ubi enim paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus. Vis apparere sanctus, circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus.

Decreti 2. parte. Causa 27. Quæst. 1. C. 28. Si quæ monacharum, vel per anteriorem licentiam, vel per iniuritatis prauam consuetudinem ad lapsum adulterij deducta fuerit, aut in stupri fuerit perducta voraginem, hanc post competentis seueritatem vindictæ in aliud districtius monasterium virginum poenitentia volumus redigi, vt illi in orationibus atque iejunijs vacet, & sic poenitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præbeat exemplum. Is autem qui cum huiusmodi foeminis in aliqua fuerit iniuritate repertus, communione priuetur, sicut laicus est:

si ve-

Si verò clericus: à suo quoque remotus officio proprio suis continuò lugendis excessibus in monasterium detrudatur.

Decreti 2. parte. Causa 32. Quæst. i. C. 9. Cùm renuntiatur improbitati statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur innocentia copulatur. Quæstione 2. Ca. ii. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur; quia nonnunquam quod dissidentia ætatis differtur, consilio maturore perficitur.

Decreti 2. parte. Causa 33. Quæst. i. Ca. 4. Per exorcismos ac cætera Ecclesiasticæ medicinæ munia ministri Ecclesiæ, tales, quæcumq[ue] Dominus annuerit, qui Abimelech, ac domum eius Abrahæ orationibus sanauit, sanare procurent. Quæst. 2. C. 6. Sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus: gladium non habet, nisi spiritualem: non occidit, sed viuiscitat. Ca. 8. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum sæculum: quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo, quæstib[us] fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis. Hoc leuius, & melius tibi esse certissimè scias. Sin autem publicam poenitentiam, permanens in domo tua vel in hoc mūdo, vis agere (quod peius tibi & dūtius, & grauius esse non dubites) ita, vt agere debes, exhortamur omnibus diebus quibus poenite-

Ee

te de

re debes, vinum & siceram non bibas, carnem uul-  
lo vñqnam tempore comedas p̄r̄terquam in Pa-  
cha, & in die Natalis Domini, in pane & aqua, &  
sale p̄enitentiam age, in ieunijs & vigilijs, & or-  
ationibus & eleemosynis omni tēpore perseuer-  
armis nunquā cingere, nec in quolibet loco litiga-  
re pr̄sumas. Vxorē nunquā ducere concubinam  
nō habere, nec adulterium committere audeas: in  
balneo nunquam laueris, in conuiuijs lētantium  
nunquā te m̄ sceas, in Ecclesia segregatus ab alijs  
Christianis post ostium & postes humiliter te re-  
pone, ingredientium & egrediētium suppliciter  
orationibus cōmenda te, comunione corporis &  
sanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indig-  
num te existimes: in vltimo tamen exitus vitæ tuæ  
die si merueris; pro viatico, si sit qui tribuat tantū  
modo venialiter ut accipias tibi concedimus. Sicut  
& alia multa, quæ tibi minus durius, & satis acrius  
erant iuxta magnum pondus peccati infelix adi-  
ciēda. C. II. Hoc ipsum quod canonū censura post  
septem annos remeare p̄enitentem in pristinum  
statū p̄cipit &c. vt in tractatu ordinadorum de  
lapsis nō hoc electione proprij arbitrij, sancti Pa-  
tres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxe-  
runt. Nam legitur quod Maria soror Aaron pro-  
phetissa dum detractionis aduersus Moysen in-  
currisset delictū, illico stigmate lepre perfusa est  
cumque peteret Moyses, vt emundaretur, p̄ce-  
pit eā Deus extra crastra sex diebus egredi, & post  
emundationem rursus eam in castra admittit. Ma-  
ria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdo-  
cis, quæ dum superbiæ dedita sordidissimis cog-  
itatio-

tationum maculatur contagijs, extra castra septē  
diebus, hoc est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ  
septem annis proiecitur, vt post emendationem  
vitiorum loci, vel pristinæ dignitatis recipiat me-  
ritum. & post pauca. In fine autem epistolæ hoc  
adisciendum putauit, vt quotiescumque in gestis  
conciliorum discors sententia inuenitur: illius  
sententia magis teneatur, cuius antiquior, aut po-  
tior extat autoritas. Decreti 2. parte. Causa 33. q. 3.  
De poenitentia. Dist. i. C. 18. Pœnæ (sicut in ff. tit.  
de pœnis legitur) legum interpretatione mol-  
liendi sunt potius quam exasperandæ. C. 42. Nul-  
lus debitor grauioris pœnæ accipit veniam, nisi  
qualemcumq; & si longè minorem, quam debeat,  
soluerit pœnam. Ita enim impertitur à Deo largi-  
tas misericordiæ ut non relinquatur etiam iusti-  
tia disciplinæ. Ca. 47. Serpens decepit me, & man-  
ducaui. Venialis culpa quam sequitur professio  
delictorum. Ideo non desperata mulier quæ non  
reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est, quæ  
medicinalis secuta sententia est. Bonum est con-  
demnari in pecato, & flagellari in delicto, vt cū  
hominibus flagellemur. Denique Cain quia vo-  
luit crimen negare, indignus iudicatus est, qui pu-  
niretur in peccato: sed remissus est sine præscrip-  
tione pœnæ, fortassis non tam reus maiore crimi-  
ne parricidij (illud enim cōmisit in fratrem) quæ  
sacrilegij: quod Deo credidit mentiendum, dicēs.  
(Nescio: nunquid ego custos fratribus mei sum?) Et  
ideo accusatori diabolo eius accusatio reseruata  
est, vt cū eius Angelis flagelletur, q. cum hominib.  
noluit flagellari. & li. i. de pœnit. ca. i. Nā pastor  
ille Euangelicus lapsam ouem vexisse legitur, nō

Ec 2

abie-

abiecisse: & Salomon ait: (Noli esse nimium iustus) debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidio habeas? qui contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum. C. 51. Dominus par ius soluendi esse voluit & ligandi, quivtrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. & infra. Certum est, quod Ecclesiæ vtrumque licet, hæresi vtrumque non licet. Ius enim hoc solis permisum est sacerdotibus. Rectè igitur Ecclesia vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Ca. 54. Qui agit poenitentiam, nō solùm diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire & tegere delicta superiora, ut non imputetur ei peccatum. Ca. 56. Facilius autem inueni, qui innocentiam seruauerint, quam qui congruè egerint poenitentiam, vbi acquirendæ dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis vsus. Ca. 58. Vbi verò peccator intelligens vulnus suum tradidit medico se curandum; ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis. C. 65. Si quis poenitens habet causam, quam negligere fortè non debeat melius expedit Ecclesiasticum, quam forense iudicium. C. 67. Si negligentia dissoluamur, & illum poenitebit sponsonis iuxta, promissaque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminētibus supplicijs liberati sunt: alij quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt. C. 68. Neq; enim Deus hominibus, sed vitijs irasci

GUTT.

tur: quæ cùm in homine nō fuerint, nequaquam  
punit quod mutatum est. Can. 69. Vide benignum  
Dominum misericordiam cum severitate mis-  
centem, & ipsius poenæ modum iusta & clemen-  
ti liberatione pensantem. Non in perpetuum tra-  
dedit poenæ delinquentes, sed quanto inquit tem-  
pore seruierunt Baalim, tanto seruant Chusarsa-  
ton, hoc est octo annis. Disce & hoc ô tu auditor,  
quisquis ille es qui tibi conscientius es alicuius erro-  
ris: & quanto tempore deliquisti, tanto nihil omi-  
nus tempore humilia te ipsum Deo, & satisfaci-  
to ei in confessione poenitentiæ: non expectes, vt  
humiliet te Chusarsaton, & inuitio necessitas ex-  
torqueat poenitentiam: sed ipse præueni tortoris  
istius duritiam, quia si te ipse emendaueris, si te  
ipse correxeris, pius est Deus & misericors, qui  
vindicta temperet ab eo, qui illam poenitendo  
præuenit. Can. 70. Peccator currat ad medicum,  
quia non habent opus fani medico, sed malè ha-  
bentes, vt curentur vulnera ipsorum, & fiant de  
Ecclesia, quæ est corpus Christi. Can. 72. Secunda  
post naufragium tabula est, culpam simpliciter  
confiteri. Imitati estis errantem, imitamini &  
correctum. Errauimus iuuenes, emendemur se-  
nes: iungamus gemitus, lachrymas copulemus.

Can. 75. Quæ res Danielem non facit negligen-  
tem, sed magis prouocat ad rogandum, vt quod  
Deus per suam promisit clementiam, per hórum  
impleat preces, ne negligentia superbiam, & su-  
perbia pariat offendam. Ibidem: Ne securitas  
negligentiam, & negligentia pareret offendam.  
Can. 76. Medicinam misericordiæ tollit peccata

magna. C. 77. Medicamentum fortius quod maxime operatur in poenitentia, hoc est. Sicut in preceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominatissimam: sic & in poenitentia, dominantior ista herba & potentior est, & vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit diuina scriptura: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. C. 78. Maiora enim crima maioribus abluuntur fletibus. C. 81 In hac ergo poenitentia maiorem quisq; in se severitatem debet exercere, vt a se ipso iudicatus, non iudicetur a Deo. C. 82. Proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse hoc in se poenitens punit: aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcit, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Ibidem: Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in perpetuum non vult in eis videre. Ca. 84. Recte constituuntur ab his, qui Ecclesiæ præsunt tempora poenitentia, ut satisfiat etiam Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ergo cuncta tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta corporis & sanguinis Domini differenda sint auctoritate antistitis debet ab altario remoueri ad agendam poenitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. C. 85. Et cum in se protulerit severissimæ medicinæ sententia, veniat ad antistites, per quos illi claves in Ecclesia ministrantur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a praepositis sacerorum accipiat satisfactionis suæ modum,

dum, ut in offerendo sacrificio contribulati cor-  
dis deuotus & supplex, id tamen agat, quod non  
solum ipsi prospicit ad recipiendam salutem, sed et-  
iam cæteris ad exemplum: ut si peccatum eius nō  
solum in graui eius malo sed etiam in tanto scan-  
dalo est aliorum, atque hoc expedire vtilitati Ec-  
clesiae videtur antistiti, in notitia multorum, vel  
etiam totius plebis agere pœnitentiam non recu-  
set, non resistat, non lethali & mortiferæ plagæ p  
udorem addat tumorē. & infra. Multi enim cor-  
riguntur, ut Petrus; multi tolerantur ut Iudas. Cz.  
86. Idcirco non satis aperte prefigunt canones pro-  
vnoquoq; crimine, ut de singulis dicant qualiter  
vnumquodq; emendandum sit, sed magis in arbi-  
trio sacerdotis intelligētis relinquendū statuunt,  
quia apud Deum non tam valet mensura tempo-  
ris, quam doloris, nec abstinentia tantum ciborū  
quam mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa  
tempora pœnitentiæ pro fide & cōuersatione pœ-  
nitentium abbrevianda præcipiunt, & pro negligi-  
gentia protelanda. Extant tamen pro quibusdam  
culpis pœnitentiæ modi impositi, iuxta quos cæ-  
teræ perpendendæ sunt culpæ, cùm sit facile per  
eosdem modos vindictam & censuram canonum  
estimare.

Decreti secunda parte. Causa trigesima tertia.  
quaſtione tertia de pœnitentia. Distinct. 3. C. 7.  
Productior est enim pœna, quam culpa ne parua  
putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna.  
Ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ misera-  
ria, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad ex-  
ercitationem necessariæ patientiæ temporaliter

Ec 4

homi-

442 DE DISCIP. ECCLES.  
hominem detinet pena, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. C. 12. Inanis est poenitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnerus iteratum sanatur tardius; frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil profundit lamenta, si repetantur peccata. C. 22. Quamuis cautè & salubriter prouisum est, ut locus illius humillimæ poenitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam penitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstrigit, adhuc iterum parcis? C. 24. Tantumque proficit, ut dudum peccator & poenitens transfierit in magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Confessio enim & pulchritudo coram eo, ut qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ, fœditatem vulnerum in insanitatis decorum commutet. Ca. 25. Prius est ergo, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix ne malos fructus ferat; aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur. Ca. 34. Non peccare solius Dei est, emendare sapientis. Sed raro inuenias, qui se corrigat. Ibidem: Qui ergo mundari vult, ignem alienum remoueat, & illi se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Can. 40. Cum ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cum quædam viti

vitia resecant, in alijs grauiter perdurant. Ca. 44.  
Respondebimus Deum, vt omnium rerum, lita  
suppliciorum quoque mensuras statuisse & non  
præueniri sententia iudicis, nec illi in peccatorē  
exercenda dehinc poenæ auferri potestatem; &  
magnum peccatum magnis diuturnisq; lai cru-  
ciati bus; si quis autem punitus sit, vt ille in lege  
qui Israëliticis maledixerat, & qui in sabbato li-  
gna collegerat; tales posteā non puniri: quia cul-  
pa leuis prælenti suppicio compensata fit. De-  
creti 2. par. Causa 23. q. 3. De poenitentia. Dist. 4.  
Ca. 20. Ego erudiui eos & confortaui brachia co-  
rum, & in me cogitauerunt malitiā: reuersi sunt,  
vt essent absque iugo; facti sunt, quasi arcus dolo-  
sus; cadent in gladio principes eorum à furore  
linguae suæ. Can. 22. Cùm ita puniantur; ne cogi-  
tent, quòd pro veterib. peccatis Patrum puniam  
eos: quia nunc, id est, in præsenti, pro malitijs suis  
quas inuenerunt circumdati sunt pena. Distinct.  
5. Ca. 6. Falsas poenitentias dicimus, quæ non se-  
cundum auctoritatem sanctorū Patrum pro qua-  
litate criminum imponuntur. Distinct. 6. Can. 1.  
Cognito itaque crimen, varietates eius non du-  
bitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera,  
quæ supra diximus in exponendo eorum quali-  
tates. Quibus cognitis adsit benevolus, paratus e-  
rigere secum onus portare, habeat dulcedinem  
io affectione pietatem in alterius crimen, dis-  
cretionem in varietate adiuuet conscientē oran-  
do, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo fa-  
ciendo: semper eum iuuet leniendo, consolan-  
do, spem promittendo, & cum opns fuerit, etiam

444 DE DISCIP. ECCLES.  
increpando, doleat loquendo, instruat operando:  
sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gau-  
dij: doceat perseverantiam, caueat ne corruat,  
ne iustè perdat potestatem iudicariam. Licet e-  
nīm poenitentia ei possit acquirere gratiam, non  
tamen mox restituit in potestatem primam. Etsi  
enīm Petrus pōst lapsū restitutus fuerit, & sa-  
pē lapsis sacerdotibus redditā sit dignitatis pote-  
stas, non est tamen necesse, ut hoc omnibus con-  
cedatur quasi est auctoritate. Can. 2. Sacerdos ante  
omnia caueat ne de his, quae ei confitentur pec-  
cata alicui recitet, nō propinquis, non extraneis,  
neque quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si  
hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vita  
sua ignominiosus peregrinando perga.

Decreti secunda parte. Causa 35. Quæst 6. Ca. 2.  
Quod contra interdictum, & ordinem Ecclesiæ  
factum est tanquam inordinatum, ratum non ha-  
beri tam diuinæ, quam humanæ legis proclamat  
auctoritas. Can. 7. Episcopus in synodo residens  
post congruam allocutionem septem ex plebe i-  
psius Parochiæ, vel eò amplius, prout, viderit  
expedire matriores honestiores atque veracio-  
res viros in medium debet euocare & allatis san-  
ctorum pignoribus unumquemque illorum tali  
sacramento constringat. Amodò in antea quic-  
quid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisitu-  
rus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam  
Christianitatem in ista Parochia factum sit, aut  
futurum erit, si in diebus tuis euenerit tantum ut  
ad tuam cognitionem quocumque modo perue-  
niat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem

cau-

causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere quod tum nec propter amorem, nec propter pretium, nec propter parentelam ullatenus celestis Episcopum, aut eius missum cui hoc inquirere iussit, quandocumque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuat, & iste sanctorum reliquiae. Illud sacramentum, quod iste iuravit de synodâ licausa, quod tu illud ex te ita obseruabis in quantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es.

Sic te Deus adiuvet, Quæst. 9. Can. 1. Omnibus modis Ecclesiastice disciplinæ, vel moderationi conueniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refrigeratione turbari. Ca. 2. Loci nostri considerationis admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris utiliter decisa fuerint, robore: & quæ à temerarijs præsumpta fuerint, in promptu nihilominis vlcisci. Reum quippe ante conspectum diuini iudicis se nouerit esse, qui nimirum utiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippè vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur, aut non concessa impunè tententur. Proinde si negligenter ea, quæ male usurpantur, omissimus, excessus viam procul dubio alijs appearimus. Canon. tertio. Nos enim in nullo volvimus severitatem vltionis exercere, sed qui in causis Dei, vel contumacia, vel aliquo excessu deliquerit, aut ipse, quod perperauit fecit, abolerre noluerit; in se, quicquid in alio non resecauerit, inueniet. Quid ut deinceps possit tenacius custo-

446 DE DISCIPL. ECCLES.  
custodiri si placet, sententias, causas, & subscri-  
ptiones proprias omnes commode, ut synoda-  
li iudicio aditus claudatur illicitis.

C A P V T X I V.

**D**ecreti 3. parte. De Consecratione. Distinct. 1.  
C. 44. Vasa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt, & patenæ: de quibus Bonifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si licet in vasculis ligneis sacramenta conficeret respondit: quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è contrario lignei sacerdotes aureis vtuntur calicibus. Distinct. 3. Ca. 17. De poenitentib[us] verò qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus penitentia gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendū Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterū de pondere estimando delictorum, sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem poenitentis & ad fletus, atq[ue] lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionē. Sanè si quis in ægritudinem inciderit atq[ue] vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de seculo absque communione discedat. Dist. 4. Ca. 94. Huiusmodi transgressores Pontificali auctoritate correcti ad cultum Chri- stiani dogmatis reuocentur: ut quos propria voluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat.

Decreti 3. parte. De Consecratione. Distin. 4.  
**Ca. 118. De clericis autem, & monachis, aut pueris**

lis Dei, aut sœcularibus seruari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos, qui lapsi sunt vel fuerint, seruandum esse constituit, ut scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo se, ut rebaptizentur hæreticis impiè dediderunt; si tamen eos ex corde poeniteat tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subiaceant inter poenitentes manibus sacerdotum; duobus autē annis etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo sœcularibus in oratione socien tur, nec confundatur Deo colla submittere, qui eum non timuit abnegare. Pueris autem quibus, quod adhuc impuberes sunt à pubertate vocabulum est, seu clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur etatis, aliquamdiu sub manus impositione detentis reddenda communio est: nec eorum est expectanda poenitentia, quos excipit à coercitione censura. Decreti 3.  
parte. De consecratione. Distinct. 5. C. 20. Cu-  
rat enim vulnera delinquentis, cu-  
ratosq; sanctificat ieu-  
nium.

## REVE-